Murgis, oppidum in ora maritima Baeticæ, à quo Murgitana regio. Plin. lib. 3. c. 1. Vulgo Muxacra.

Murgiso, incis, desidiosus à mora & desidendo dictus, inquit Festus.

Murria, æ, genus liquaminis, quod ex thynno pisco conficiebatur.

} *ἄλις*. GAL. Saumeure. ITA. Salamuia. GER. Ein soßoder bruy von einem meersisch gemacht. Item, Ein jedes salylab oder gesalzne bruye. HISp. Salinera o salmorejo para adobo. ANG. A salted liquor. } Persus Satyr. 6.

Tingat olus siccum muria vase in calice empta.

De Muria epigramma est. Mart. lib. 13.

Antipolitanus fateor sum filia thynni:

Essem si scombri, non tibi missa forem.

Horat. Satyr. 8.

Ut melius muria quam testa marina remittat.

Muria etiam dicitur salsa, hoc est liquor ex sale resolutus, quam Salmuriam vulgo dicimus. Colum. lib. 12. cap. 25. Quoniam quod danu, imò etiam ferè omnes Græci, aqua salsa, vel muia mustum condunt, eam quoque partem curæ non omitteandam putavi. Plin. lib. 13. cap. 8. Muria quoque, sive illa salsa spissat, moïdet, extenuat, siccat Quintilian. Durati mutia pisces. Muia cruda, i. *ἄλις*, *μύρια* ή γλυκεῖν, hæc dilutior. Muria crudelissima. *ἄλις δενᾶς ἀλισσάς* ή *ἄλιστρος*, hæc salissima, de his apud Celsius & Columellam, cui & muria matuta, est *ἄλις τυρκαῖος*, temperata.

Muriles, ei. Idem quod muria, hoc est, liquor ex sale resolutus. *ἄλις*. Cat. c. 8. Si natabit ea muries erit, qua vel carnem, vel cascos, vel salamenta condias. Festus, Muries est, quemadmodum Veranius docet, ea quæ sit ex sale solidus, in pila pinsato, & in ollam fratilem conjecto, ibique operto gypsatoque, & in furno percocto, cui vires Vestales serra ferrea iecto, & in seriam conjecto, quæ est intus in æde Vestæ in penu exteriore, aquam jugem, vel quamlibet, præterquam quæ per fistulas venit, addunt, atque ea demum in sacrificiis utuntur.

Muriaticus, a. um, quod muria conditum est. } *ἄλις ἀδηματος*. GAL. Quæ sent la saumure, ou est accoutré en saumure. ITA. Accoccio en salamuia. GERM. Sebeize in einem salz. b. HISp. Adobado en salmuera. ANG. Being long in brine or salt liquor. } Plaut. in Poen. — soror cogita Amabo, nos item perhiberi quasi salsa muriatica. Esse autem tantum, sine omni lepore, & sine suavitate, nisi multa aqua usque & diu macerantur, olent, salsa sunt, tangere ut non velis. Idem nos sumus ejusmodi, mulieres sunt admodum insulsæ, atque invenustæ, sine munditia & sumptu. Idem, Scit muriatica ut macerent, i. salamenta. Murilius, vide Murex.

MVRINA, æ, vel Myrina, æ, sive, ut alijs scribunt. Myrrhina, sive Murrhina { *μυριπην*. ANG. Hippocras wine. } Potiois genus (inquit Festus) quod Græci nectar vocant, quod quidam dici putant ab uva murrhina nomine Plin. item lib. 14. c. 13. Ex Plauti sententia murinam ostendit vini dulcioris genus esse. Laudatissima (inquit) apud priscos vina erant myrrhæ odore condita: ut apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur: quamquam in ea & calatum addi jubet. Ideo quidam aromatite delectatos maximè credunt. Sed Fabius Dorsenus decernit his versibus, Mittebant vinum pulchrum, murinam. Et in Achæstione, Panem, & polentam, vinum, murrinam. Scævolam quoque & Lælium, & Atticum Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit. Quod si opus est, ut dulce promat indidem, ecquid habet: c. i. rogat? Murrinam, passum, defrutum, mellinam. Quibus apparet, non inter vina modò murrinam, sed inter dulcia quoq; nominatum, Hætenus Plinius. Gellius quoque c. 23. lib. 10. Murrinam inter dulces potionem enumerat quæ mulieribus Romæ in usu esse consueverunt. Romanas (inquit) mulieres bibere solitas ferunt loream, passum, murrinam, & quæ id genus optant potu dulcia; ubi quidam codices Murrinam habent geminata littera rr.

Murinus, a. um, Adject. ut Murinus odor. Plaut. Poen. Tanta ibi copia venustatum aderat, suo quæque loco sita nitidè, Arabius, murinulque omnis odor complebat. Murinus autem à mure, vide Mus.

MVRMVR, Tantum est neutri generis, quamvis Evangeliorum interpres semel in masculino genere usus sit. } *τριτον hamith ψηλή λαχασχ τηλονάθ*. ψόφος, ψιθυρίος. GAL. Murmure, bruit. ITA. Mormorio. GER. Ein gereusch oder gerösch eines stessenden wassers / ein gemummel. HISp. Ruido o murmullo de gente. ANG. Murmure, bruite. } Est autem propriè Murmur, lenis aquæ strepitus; tametsi & pro aliо quocumque strepitu ponit consueverit. Nomen est fictitium, teste Quintil. lib. 8. cap. 6. quemadmodum & Mugire, & Sibillare. Virg. 10. Æneid.

— ceu flumina prima,

Quum deprensa fremunt sylvis, & caca voluntant

Murmura.

Cicer. 3. de Orat. Nam & odor urbanitatis & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, sunt ducta à cætis sensibus. Idem in Arato, Nec metuens canos minitanti murmure fluctus. Ovid. 1. Metam.

— qui postquam voce, manuque

Murmura compressit, tenuere silentia cuncti.

Idem ibid. lib. 13. Metam.

— Vulgique secutum

Murmur erat.

Ibidem.

Define Tydideum vultuque & murmure nobis

Ostentare meum.

Murmuro, as, Leniter strepo, & sonum aquæ fluitantis similem edo. } *τριτον hamith ψηλή λαχασχ τηλονάθ helin. μοργάνων*. GAL. Murmurer, bruire. ITA. Mormorare. GER. Tosen / rauschen. HISp. Murmurar, hazer ruido. ANG. To murmure. } Vnde fremitum murmurantis maris, dixit Cic. 5. Tuscul. Quamvis etiam indifferenter de quovis alio sonno dicatur. Plin. lib. 18. cap. 35. Pallidi namque, murmurantesque ignes, tempestatum nuntijs sentiuntur. Plaut. in Casin. Mihi inanitate jamdum intestina murmurant hoc est, crepat, κορκορυζος. } Murmure item contradicere aliquando significat, & secreto murmure indignationem ostendere. Idem in Mil. Verum ubi dies decem continuos ire ad eundem instat, Tametsi dominus non invitus patitur, servi murmurant. Idem in Aul. Ut scelestæ sola secum murmurat. Antiqui etiam in eadem significatione usi sunt verbo deponente Murmurer. Varro, Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmurari. Idem ventrem meum non patior murmurari. Quadrig. in eo loco populi, murmurari cœpit ex Non. c. 17. Hujus composita sunt, Admiratio & Communitudo Immurmuro, Submurmuro, de quibus suis locis.

Murmurabundus. Apul. Qui cunctorum obstinatione confusus indigna murmurabundus, quum vellet exurgere.

Murmuratio, { *τριτον hamith ψηλή λαχασχ τηλονάθ*. ο μόρμουριος, ο γολγυριος, ψιθυριος. GAL. Murmurement, bruyement. ITA. Il mormorare. GER. Ein gereusch / ein murring / brummung. HISp. Murmuracion, ruido. ANG. A murmuring. } ut. Murmuration aquilarum, Plin. lib. 10. c. 3. Murmuration quicula. Ibidem.

Murmur

Murmurillo, as. Submurmuro. *υγή lachisch.* *υποτροχούσα.* Plaut. in Rud. Quid murmurillas tecum, & te dissericias?

Murmurillum, li. exigua & submissa murmuratio. *υγή lachisch.* *υποτροχούσα.* GAL. Petit bruit. ITA. Picciolo mortorio. GERM. Ein ges murmel / ein kleins geröss. HISP. Pequeño ruido. ANG. A rumbling. Plaut. in Rud. Palam age, nolo murmutillum, neque susurrum fieri mihi.

Murcela, μυρέλα, Pannoniae superioris urbs: apud Ptol. lib. 1.c. 15. Vulgo Moreck.

MVRRA. Gloss. Phil. μύρη unguentum, murra

Murratus. Fest. murrata potionē usos antiquos indicio est, quod etiam nunc ædiles supplicationes diis addunt ad puluinaria, & quod XII. tabulis cavetur, ne mortuo indatur, ut ait Varro in antiq. lib. 1. nempe ut nectar quoddam, seu deorum potus.

Mūrīānūs, priscus Latinorum rex, à quo postea Latini omnes reges mūrani sunt dicti. Aucto Servius, Scimus enim (inquit) plerunque fieri, ut primi regis reliqui nomen possideant, ut apud Romanos Augusti vocantur, apud Albanos Sylvij, apud Persas Arsaces, apud Ægyptios Ptolemæi, apud Athenienses Cecropes. Hac Servius.

MVRRHĀ. Lapidis pretiosi genus est, odoris præstantia commendabile, & colorum varietate insignis, subinde circumagentibus se maculis in purpuram, candoreisque, & tertium ex utroque ignescentem, veluti per transitum coloris purpura rubescere, aut lacte candescente. Nascitur in Oriente apud Parthos, & præcipue in Carmania. Creditur esse humor, Solis calore sub terra condensatus. Amplitudine nusquam excedit parvos abacos, crassitudine rara, quanta dictum est, vasi potiorio. Splendor his sine vitibus, nitore verius quam splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoreisque, & tertium ex utroque ignescentem, veluti per transitum coloris purpura rubescere, aut lacte candescente. Et paulo pōst, Alius & in odore commendatio est. De incredibili murrinorum pretio vide Plin. eodem c. Martial. lib. 1.3.

Surrentina bibis & nec murrhina picta, nec aurum
Posce, dabunt calices hac tibi vina suos.

Murrhina, factitia potio, dulcis.

Murhio. Gloss. Isid. murtire, clamare, propriè murium.

Murto: Gl. Isid. murrat, murimurat. Sic Germani dicunt murren.

Murobathrāj. Plaut. Aul. sc. 5. a. 3. Aliás, Myrobrecharj.

Mūrsā, μύρη Ioniæ oppidum, Adriani Cæsaris opus. Gentile est Mursus. *μυρόνη.* Auctor, Steph.

Mūrtā, à Veneris cognomentum, à mythico arbustula illi sacra impositum: inde primū Myrtle dicta est, & deinde corrupto nomine Murtia. Plin. lib. 1.5. c. 29. Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrtle, quam nunc Murtiam vocant. Festus hanc deam Murceam appellat, & sub Aventino eam sacellum habuisse tradit. Murceam autem dictam vult sive quod homines murceos, hoc est, ignavos & inertes reddere: et: sive quod Aventinus, sub quo sacellum habuit olim Mureus, fuerit appellatus. Varro à Murtio dictum putat, qui locus fuit Romæ, in quo sacellum Murtiae Veneris erat; vel ab urceis, quod is locus esset inter figulos, vel à murteto ita dictus, lib. 4. de L.L.

Murta, idem quod myrtus.

Murtatum, farciminis genus ex intestino crasso, ut auctor est Varr. lib. 4. de L.L. ex mурto factum. Meminit Plin. lib. 1.6. c. 19. Et aliis baccæ usus fuit apud antiquos antequam piper reperiatur, illam obtinens vicem, quondam etiam generosi opsonij nomine inde traxo, quod etiamnum murtatum vocatur.

Murtetum, μυρίτων locus, ubi myrtus nascitur.

Murthlacum Mourthley, V. olim E. Scotie: cuius sedes inde Aberdoniam translata per S. Davidem Scotie Regem, teste Boëtio lib. 1.1.

MVRVS, i. à muniendo dictus, propriè est lapideus, aut lateritus urbis ambitus; quum Paris propriè sit domorum. *μυρίθιον chomab. τεκτόν.*

GAL. Mur, muraille. ITA. Muro, Muraglia. GERM. Ein mauer. HISP. Muro de la ciudad ó villa. ANG. Avall. *ȝ* Maceria verò sive Macerias, quæ constat ex lapidibus, sine calce, aut alio genere ferruminationis. Cæf. 7. bell. Gall. Portas claudere, murum completere cœperunt. Murorum destructione punire civitates, Sueton. in Galb. c. 12. murus inex. pugnabilis philosophia, Senec. Epist. 8.3.

Vixque brevis tutos Murus ab hoste facit.

Ovid. Eleg. 3. lib. 5. Trist.

— Porta vitam, muroque sueri.

Idem Eleg. 1. lib. 4. Trist.

— Custodia muri.

Submouet infestos clausaque porta Getas,

Idem Eleg. vlt. lib. 3. Trist. Sylvani lucus extra murum est avius. Plaut. sc. 3. a. 4. Structis muris exsurgunt oppida. Tibull. lib. 4. Muri urbis sancti, non portæ. Plutarch. in Romul. Cicer. de nat. deor. Muri urbis, quos vos sanctos esse dicitis. Virg. 4. Eclog.

Qua tentare Therin ratibus, qua cingere muri

Oppida, qua iubeant telluri infundere fulgos:

Ovid. 1.1. Metam.

— Phrygiaque tyranno.

Edificat muros, factus pro manibus aurum.

Horat. 3. Carm. Ode 3.

Ter se resurgat murus ahenaus,

Auctore Phœbo.

Murus per translationem. Cic. 7. Verr. Ad omnes enim meos imperus Quasi murus quidam boni nomen Imperatoris opponitur. Murus item dicitur agger sine fossa. Varr. 1. de re rust. c. 14. Ad viam Salariam, & in agro Crutium in videlicet locis aliquot coniunctos aggeres cum fossis, ne flumen agri noceat. Aggeres qui faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros, ut in agro Reatino.

Mūrālis, e, quod ad morum pertinet. *τεχνός.* GAL. appartenant à muraille. ITA. Cio ch' appartiene à muro. GERM. Das zu der mauer gehör. HISP. Cosa perteneciente à muro. ANG. Belonging to a wall. *ȝ* Ut Muralis corona, quæ donari solebat ab Imperatore ci qui primus murum concendiisset. De qua legendus Gell. cap. 6. lib. 5. Plin. lib. 16. cap. 4. Cedunt iis murales, vallaresque; & auræ, quanquam pretio antecedentes. Liu. 3. bell. Pun. Utique postquam corona aurea muralis proposita est, &c. Pila muralia quibus verberantur & quatuntur muri; Cæf. 7. bell. Gall. Aut ex vallo & turribus traecti pilis muralibus interibant. Machinæ murales, quibus muri diruuntur. Plin. lib. 7. cap. 56. Muralis herba, medicina, magister. Cels. lib. 1. cap. 3. Quæ vulgo Vitriolum dicitur, quod vasæ mirum in modum confricata purificet, ideoque Vitreolaris à veteribus dicta. Eadem Parietaria vocatur, quod in muris frequenter nascatur, & Perdicium, quoniam pedices ea præcipue pascantur. Plin. lib. 22. cap. 27. & Dioscor. lib. 4. cap. 43. Tormenatum murale Virg. 12. Eneid.

— murali concita numquam

Tormento sic saxa fremunt.

Mūrātūs, a, um, *τεχνός.* *τεχνάς.* GAL. Muré. ITAL. Mura. GERM. Semant. HISP. Cosa fortalecida de muros, murado. ANG. That is wa det or hath walles. *ȝ* Quod muros habet: hinc urbes muratæ dicitæ, hoc est, muris circundatae.

Mvs, muris, exiguum animal, incola domus nostræ (ut Plinius loquitur) iofor omnium rerum. *τεχνός.* *τεχνάς.* GAL. Vn rat, ou une souris. ITA. Sorice, topo. GERM. Ein maus. HISP. Raton. ANG. Mouse. *ȝ* Exiguum animal est, à Diosc. *γλαῦξις.* hoc est, domesticus ad aliorum discrimen dictus. Distinguitur à Sorice, quod Sorex maior sit mure, clavisque strepat, ut docet Erasmus in proverbio. Sorex suo perit indicio: utrumque est animal nobis infestum; sorices tamen quia maiore sunt corpore, plus affertunt detrimenti. Colum. Sic serpens, aut mus foræve in multum ceciderit. Musem certè nec ferum iure dixeris, nec placidum, quia nunquam mansuescit, ut inquit Plin. Virg. 1. Georg.

— saepe exiguus mus

Sub terris posuisse domos, atque horrea fecit.

Horat. de Arte.

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Cic. Att. lib. 1.4. Sed quod queris quid arcessierim Chrysippum: tabernæ mihi duæ corrueunt, reliquæ rimas agunt: itaque non solùm inquilini, sed & mures migraverunt. Ovid. 1. Fast.

Qua brevis occultum mus sibi fecit iter.

Plaut. Capt. sc. 1. a. 1. Quasi mures semper edimus alienum cibum. Dé muriibus vide Plin. lib. 8. cap. 57. Mus araneus est quem Græci *μυράλιον* appellant, composito nomine *δέρντρον μύρων καράλης*, hoc est, à mure, & mustella, quod muris magnitudine sit, mustellina specie, ore oblongo, cauda gracili, versu dentium quadruplici, ut inquit Aëtius: Abundat his insula Britannia. Plin. lib. 2.9. Et ipse mus araneus contra se remedio est, divulsus, & impositus. Murium marinorum meminit idem Plin. lib. 9. cap. 19. *ȝ* Mures, i. Martes ex quibus parantur pellitæ pentulæ. Senec. lib. 4. Epist. Non hodièque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur, ac murium, quæ tactu mollia & impenetrabilia ventis sunt. Iustinus historicus de Scythis, Lanæque usus ac vestium ignotus, & quanquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis, aut marinis vestiuntur. *ȝ* Mures cæci apud Samonicum cap. de serpent. mors, id est, Plin. lib. 8. cap. 1.8. mures aranei. Cæci tamen non sunt, sed minus oculati, obtusiusque cernentes.

Mus Indicus, vide ichneumon.

Muris nomen ad diversa animalia accommodatur, ob similitudinem quæ est inter ipsa, non tantum in terra, sed & in mari. Plin. 1.9. c. 18. marinos mures intelligit testudines.

Mures Africani, pantheræ, apud Plaut. Pæn. 5.1.

Mures metaphorice, qui insidiantur alicui, ut escis mures. Ita & parasiti mures, & apud Plaut. Rudent. 1.2. mures maritimi, pro piscatoribus, aliter fures legitur.

Murinus color, à muribus: qualis est afinorum.

Murinum hordeum, phoenix, herba hordeo similis, brevis ac humilis; & ferè utilis: unde nomen esse videtur.

Mus pisces, *μύς.*

Mus araneus. Colore quidem similis mustelæ *μύλη*, magnitudine autem muri: aliquanto tamen minor, rostro portet & acuto; utide GERM. Spinmaus.

Mūsculūs, i. modò diminutiuum est, & significat parvum murem. *ȝ* *μύλη.* GAL. Petit rat, petite souris. ITAL. Topolino. GERM. Ein meuslin. HISP. Ratoncillo. ANG. A little mouse. *ȝ* Plin. Deturgente Nilo musculari reperiuntur. Cicer. 2. de dinin. Nam & muscularum ictuscula bruma dicuntur augeri. *ȝ* musculari, ut à medicis accipiuntur, sunt partes corporis carnalæ, nervorum motus gratia circumiectæ, venisque & arteriis conspersæ, illis quidem ad alimenti distributionem, his autem ad nativi coloris custodiam, quæ omnia tenuis complectitur tunica, muscularum definiens. *ȝ* GAT. Muscles. ITAL. Muscoli. HISP. Morzillos. ANG. The branne of the arme or other place. *ȝ* Tres autem musculari unus cuiusque sunt partes, origo, medium, & exitus, quibus caput planè nervosum est: medium, carne, nervis & arteriis extuberat: extremum in tendonem, confusis nervorum & vinculorum fibris definit. Plaut. in Amphit. Quid dicas novi, cicatricem in dextro musculari ex illoc vulneri, Quod mihi impedit Pierela. Plin. lib. 2.8. cap. 2.1.

Item convulsis, luxatis, tumentibus musculis, nervis, articulis impo-
sunt. ¶ Item Musculus genus pisces parvi, qui parvo moderamine cau-
de iter regit balenæ ne in scopulum impingat. Est enim Balena lu-
sciosa, & pendè exoculata, que quum forte aliquò profectura est, in-
diget hoc piscicolo prævio, qui eam deducat, & reducat. De hoc Clau-
dianus lib. 2. in Eutropium. Sic ruit in rupes amissio pisce sordida, Bellua,
sulcandas qui prævius edocet undas. Immensumque pecus parvo mo-
deramine caudæ Temperat, & tanto coniungit foedera monstro. Plin.
lib. 9. cap. 52. Balenæ musculus, quandoque prægravi superciliorum
pondere obrutis eius oculis, infestantia magnitudinem vada præna-
tans demonstrati oculorumque vice fungitur. Musculos etiam di-
xerunt antiqui minores machinas quibus protecti libellatores, sois
congestis lapidibus, lignis, & terra, non solùm compleat, sed etiam so-
lidant, ut turres ambulatoriae sine impedimento vehantur ad murum.
Sunt minores vineis subtilioris, maiores autem, & firmiores plu-
teis. Cæsar. 7. bell. Gal. A castris longurios, musculos, falces, reliquā-
que, quæ eruptionis causa paraverat, profert. Idem 3. bell. ciu. Scalas;
musculisque ad repentinam oppugnationem fieri, & præparari iussit.
Musculi autem machine formam describit. Cæs. lib. 1. de bell. ciu. Et
Veget. c. 19. lib. 4.

Musculosus, a. um. { μυώδης. GAL. Musculeux, qui a beaucoup de muscles.
IT A. Pieno di muscoli. GERM. Muskelschichtig, vollmeusig, fleisch. HISP. Cosa
de muchos músculos. ANGL. Having great braunes or strong, sinewes. { Celsus lib. 5. c. 20. At si nervosus, aut musculosus is locus est, communius est certato inoscere.

Murinus, a. um. Possessivum à mure deductum. { μύος. GAL. De rat.
ITA. Di topo. GER M. Meusin / das von meusin ist. HISP. De rato.
ANG. Of a mouse. { Plin. lib. 13. cap. 8. Marino fino contra calculos,
illineri ventrem potest. Murinus color, qualis ferè est asinorum. Co-
lum. lib. 6. cap. 37. Murinus quum sit in asino vulgaris, tamen non op-
timè respondet in mula. Murinum hordeum, herbe nomen. Plin. lib.
22. c. 25. Est & herba Phœnicia appellata à Græcis, à nostris verò
Hordeum murinum. Hodiè à vulgo Sterilis avena appellatur, teste
Ruellio lib. 3. cap. 96.

Muscarde, sunt culmorinum. Lege, Muscerda, stercus murium.
Muscæda, æ, Mu. inum sterlus. { μύοδος. GAL. Crotte, ou merde de
rat ou de souris. IT A. Stereo di topi. GER M. Meuss dreck. HIS P. Estier-
col de los ratones. ANG. Mouse dung. { Plin. lib. 23. cap. 6. Præterea, ut
Varro noster tradit, murinum finum, quod item muscerdas ap-
pellat.

Muscipula, Machina ad capiendo mures. { μύσφορος, περιστ. GAL.
Sourciere, ratiere. IT A. Trappola à prender topi. GER M. Ein mensfall.
HIS P. Ratonera para tomar ratones. ANG. A mouse trap. { Varr. 1. de re
rust. c. 8. Nec non si parit humus mures, huius minor sit vindemia,
nisi totas vineas opplevetis muscipulis. Vñus est. Senec. Epist. 48.

Muscipulor, decipio. Vet. Vocab. Gloss. Isid. Muscipulator, deceptor, alter-
plex, i.e. qui duplex est, aliud sentit, aliud loquitur.

Musa, æ, Cantus. { μύσα. GAL. Muse. IT A. & HIS P. Musa. GERM. Ein
gesand oder lied. ANG. A song. { Musa dictæ nrae ro μυάς, i. ab inqui-
rendo (inquit Diodorus) quod ea inquit, hominésque doceant, quæ
ignorantur. Alij aliter, vide infra. Virg. 8. Eclog.

Pastorum musam Damonis & Alpheisboei.

Idem 6. Eclog.

Agrestem tenui meditabor arundine musam.

¶ Crassiore musa. Quint. l. 1. c. 10. : 2. 17. Liber propter quosdam im-
peritores crassiore (ut vocant) musa dubitationem huius utilitatis
eximere, locosa muta. Ovid. 3. Trist. El. 2. Pedestris musa. Horat. Serm.
2. Satyr. 6. Solers lyæ musa. Idem de Arte. Nec potis est dulces Mu-
satum exponere fœtus Mens animi. Catull. ad Ornatum.

Inque suum furtum Musa trahbat opus.

Ovid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Vita verecunda est, Musa iocosa mihi.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Me quoque Musa levat, &c. sola comes fuga.

Idem Eleg. 1. lib. 4. Trist. Cane musa receptus. Idem Eleg. 9. lib. 4. Trist.
Gratia Musa tibi quod vivo Ibid. Eleg. vlt.

Hei mihi, cur unquam Musa locuta mihi est?

Idem Eleg. 1. cap. 5. Trist. A liberali Musa non abhorrens, Gell. cap. 3.
lib. 9. Eiusdem Musæ vir. (i. studij.) Gell. c. 10. lib. 9. ¶ Hinc Musica,
μύσια. Ars & facultas canendi. Et Musicus, μυσικός, musicæ peritus: ea
vide. ¶ Poëtae musas novem suixerunt, easdémque deas, Iovis, & Me-
moriæ filias, quæ poëtis & musicæ præfarent. Oportet enim virū erudi-
tum, ac doctum, intelligentia memoriāque vigere. Has dixerunt in
Helicone habitare, qui mons in Boeotia est: Phocidi affinis: à quo He-
liconides, & Heliconiades appellantur. Distat autem Helicon non
procul à Parnasso Phocidis monte, et minus illi & altitudine & ambi-
tu: rupes amborum saxa est. ¶ Quin & Parnassum habitare Musæ di-
cuntur; unde & Parnassides dictæ. ¶ Et quoniam Phocidi confinis
Aonia est, etiam Aonides appellantur. ¶ Alio etiam nomine dicun-
tar Cithærides, vel Cithærides ab Atticæ regionis monte, qui Ci-
thæron dicitur, quem similiter Musis sacrum esse dicunt. Initium ha-
bet à Megaricis & Atticis montibus, finitur propè Thebas. ¶ Pierides
item dictæ à Pieris, quæ regio est Macedonia, Emathia ante di-
cta. Hæc Musarum patria, domusque est, à nemore item appellata, cui
nomen est Pieris. ¶ Thespiales, à Thespia oppido Heliconi propin-
quo. ¶ Hippocrenides, ab Heliconi pulcherrimo fonte, qui à Græ-
cis Hippocrene dicitur, hoc est, equi fons, πηνειος, equum vocant, πηνειος
fontem, unde & à nostis Fons Caballinus vocatur, & Pegaseius, quod
Pegasus eo loco saxum ungula feriens, fontem dicatur aperiisse.
Hunc equum putant esse qui inter sydera collocatus est. Quamvis alij
Bellerophontis equum esse dicant. ¶ Libethrides vocatae sunt à fonte
Macdoniæ, in eategione, quæ Magnesia dicitur. Hic fons Libethros,
Musæ est sacer, & spelunca eadem in loco, quæ Libethra appellatur.
Item Pimpleides, seu Pimpleæ, à Pimpla Thraciæ monte, vel à fonte
Pimpleo in radice eius montis, sita. ¶ Castalides à fonte Castalio, in
radicibus Parnassi, Musæ sacro, qui à Castalia Nympha nomen as-
sumit. ¶ Novem autem Musæ singuntur, quibus hæc nomina impo-

sita sunt. Primam enim à bonitate vocis dixere Calliope. ¶ Secundam
Clio à gloria & celebritate rerum gestarum, quas canit: que eadem
Historica dicitur. ¶ Tertiam igitur Erato, vel à canendis amoribus,
vel quod cantus ab omnibus expetatur. Ovid. 2. de Art. Nunc mihi, si
quando puer, & Cytheræ favete. Nunc Erato: nam tu nomen amoris
habes. ¶ Quartam à voluptate, ac lascivia cantus θαλαις Thalam; θαλαις
enim virere, germinare, florere est. ¶ Quintam μελπομένως, Melpomenen, à canendo; ut τροχος enim canto & modulor significat
τροχος μελπομένως, hoc est, à contentu faciendo: unde & Tragediis
præsidere putabatur. ¶ Sextam μελισσην, δαστος τρέψης τρέψης, hoc est,
delectandis choicis: unde à quibusdam dicitur Citharistria. ¶ Septimam ιυριπόλως Euterpen, à suavitate concentus, quasi bene de-
lectantem. Hæc à nonnullis Tibicina dicta est, & præcipue tibia: una
cantui creditur præsidere. ¶ Octavam Polyhymniam, quod multa ca-
nendo sit, & vigeat memorie magnitudine, aut si Polymnia scit
quod memoria excellat. ¶ Nonam εργασιαν, Vranian, quasi ce-
lestem, vel à celestium rerum cantu, vel à cantus divinitate, εργασια
enim Græci vocant eolum. ¶ Unde autem dictæ sint Musæ, inter
scriptores, non satis convenit. Plato in Cratyllo. οὐδὲ μῆνας dictas
putat, hoc est, ab inquirendo: unde ab antiquis interdum vocatae
sunt Mosæ. Alij Musas dictas putant quasi οὐραῖς, quod inter om-
nes disciplinas similitudo sit, & quoddam quasi cognationis vincu-
lum, quo inter se omnes coniunguntur, & copulantur, unde & Mu-
sæ ita pingi solent, ut se mutuo tenantes, choros ducant. ¶ Sunt etiam
qui Musas dictas putent, δαστος μελης, quod significat, bona hou-
stæque disciplina instituire. Mutarum uenient & inventa exequuntur:
Virg. in Epigram.

Clio gesta canens transactis tempora reddit.

Melpomene Tragico proclamat maxima bontu.

Comica lascivo gaudet sermone Thalia.

Dulciloquus caiamos. Euterpe fluitibus urget.

Plestra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.

Carmina Calliope libris heroicâ mandat.

Vrania cali motus scrutatur & astra.

Signat cuncta manu, lequitur Polyhymnia gesu.

Mentis Apollines vi has mouet undique Musas.

In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Muse item pro humanitate, doctrina & litteris accipiuntur. Cicer. 5.
Tusc. Quis est enim omnium qui modò cum musis, id est, cum huma-
nitate & cum doctrina, habeat aliquod commercium, qui se non hunc
mathematicum malit, quan illum tyrrannum? ¶ Aversus à Musis, in-
sulfus & ineptus ad litteras. Cic. pro Archia. ¶ Musa tessella varia
picturata. vide Musicum. ¶ Musa quoque est planta, quam quidam
palmarum generi ascribunt.

Musach. 1. Reg. 16. 1. 8. Musach quoque Sabbari, quod edificant in tem-
plo. Vet. Vocab. Musach erat arca, in qua reponebantur donaria regum
vel principum ad reficienda sarta recta templi.

Musæ, nidi iluricum. Lege, Musæ nidi sororios.

Musica, æ, & Musice, ees, Scientia canendi, una liberalium artium, que
vivim & rationem canendi demonstrat. { μύσια. GAL. Musique. IT A.
Musica. GERM. Die Kunst artificiöö wölfusingen. HIS P. El arte de la
musica para cantar. ANG. Musick. ¶ Hæc apud Græcos tam olim fuit,
ut idem Musici & vates, & sapientes iudicarentur. Cuius scientias
quum se imperium Themistocles confessus esset (ut inquit Cicerio)
indoctor habitus est sicut. in Ner. cap. 20. Occulta musica nullus re-
spectus. Et apud Gell. cap. vlt. lib. 13. Musica abscondita nulli ei est,
¶ Musicae appellatione (inquit Budæus) prisci humanitatem littera-
rum significabant: in qua ingenuos homines docebant otium con-
temnere, animumque recreare. Recentiores vero ad numerorum mo-
dulationem hoc verbum transtulerunt: quia musica velut ludus animi
est, & à curis vexati requies. Hinc Priscian. lib. 1. part. 2. Artem pos-
sideret Musicae (i. litterarum.)

Musicæ, orum. Cicer. 1. de Orat. Quis musicis, quis huic studio litteratum
quod profitentur ij, qui Grammatici vocantur, penitus se dedidit;
quin, &c. Idem 5. Tusc. Musicorum vero per studiorum accepimus.
Musicarius. Paul. ad illud Manili lib. 4.

Per varios cantus modularaque vocibus ora.

annotata Eiusmodi Calliopices vocat Firmicus. ἀδικες. Ptolemæus,
τὸ φίλομέσος. Fortasse etiam Musicatos suspicetus in veteres inscri-
ptione Romana.

COLOCASIO

VERNÆ DVLCISS.

ET MVSICARIO.

INGENIOSISSIMO.

nisi intellecteris de Musicorum instrumentorum artifice, quod fortassis
verius.

Musicor, aris, Palæmon Grammaticus cap. de pronomine. At enim (inquit)
studium fuit omnibus musicari latinitatem, & id addere quod in aures
laberetur, id demere quod rauidius offendere auditum, (i. Eupho-
nix latini sermonis consulere & concinnitati.)

MUSICVS, a. um. Ad musicam pertinens { μυσικός. GAL. Appartenant à
Musique. IT A. Musico, pertinente à musique. GERM. Das zu den Kunst
des singens gehörnt. HIS P. Cosa perieniente à la musica. ANG. Bel-
longing to music. { Plin. lib. 2. c. 22. Sed Pythagoras interdum ex mu-
sicâ ratione appellat tonum, quantum abicit à terra Luna. Quintilian.
lib. 1. cap. 12. Aut musicis notis cantica excipiat. Sueton. in Ner. cap. 22.
Musici agones, (i. certamina musica.) Idem ibidem cap. 12. Musicum,
Gymnicum equestre. ¶ Artem tractare musicam peripherasticæ dictu
est fabulas & coemidiam scribere. Ter. in Prolog. Phorm. In medio
omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam. ¶ Mu-
sicum studium. Idem in Heaut. Repente ad studium hunc se applicasse
musicum. Item Gell. cap. 9. lib. 19. Ad rem musicam facili ingenio, (i.
ad litteras,) Priscianus fol. 1. pag. 2. Artem Musicæ possidente, (i. litterarum.) Et Gel. c. 10. l. 3. Medici Musici, (i. docti, literati.) Idē c. vlt. l. vlt.
Profanum vulgus à ludo Musico diversum, (i. litterario, sive à litteris
alienum.)

MUSICUS, i. Cantor, qui novit, aut docet musicam. { μυσικός. GAL. Mu-
sician.

sciens. ITAL. Musico. GERM. Ein singer, der dieser Kunst des singens völkerliche ist. HISP. Cantor che canta musica. ANGL. A musicien. { CIC. 3. de fin. Ergo in Græcia musici floruerunt Idem 1. Offic. In fidibus musicorum aures vel minima sentiunt. Idem 2. Tusc. Si absurdè canat is qui se haberit velut musicum.

Musice, Ponitur pro integrè ut nihil desit. { μυσικής. GAL. Musicalement, en musique. ITAL. Musicalmente. GERM. Henrlich. HISP. Con musica, musicalmente. ANGL. After the maner of musick } Nam musicam veteres encyclopædiam dixerunt, in qua omnes sunt comprehensæ disciplinæ. Musicè etiam delicate significat, & genialiter: nam musicos opipare & genialiter vivere manifestum est. Plaut. in Mostell. Musicè hercè agitis ætatem: itaque uti vos decet, Vino, & viatu, pescatur que probò electili Vitam colitis.

Museus, a, um, μυσεῖον, a, or, quod Musarum est: ut Lepor museus. Lucet. lib. 4.

*Deinde quod obscura de re tam lucida pango
Carmina, museo contingens curta lepore*

Museum, { μυσεῖον, GAL. Lieu consacré ou dédié aux Muses, une étude. ITAL. Museo, loco consecratio alle muse. GERM. Ein ort da man guten künft oblige / als ein studierstüb. HISP. Lugar consagrado à las musas studio. ANGL. The house of a learned man, a studie. } Locus est Musis, & studiis consecratus. Strab. lib. vlt. scribit apud Alexandriam fuisse celeberrimum museum. Plin. Iun. lib. 1. Epist. ad Fundanum, & mare, & littus, verum, secretumque museon quam multa invenitis! quam multa dictatis! Philostratus in vita Apollonij Tyani μυσεῖον, vocat locum ubi Musæ colebantur, & responsa reddabant: quasi Musarum sacrarium. ¶ Est præterea Museum μύρων, opus ex pumicibus construtum, ita dependens, ut imaginem specus imitetur. Plin. l. 36. c. 21. Non prætermittenda est & Pumicum natura, appellantur quidem ita & cætera saxa eroa annis: in ædificiis Musæ vocant, dependentia ad imaginem specus arte reddendam.

Musa Antonius, Augusti medicus fuit, cuius meminit Horat. l. 1. Epist. ad Vallum. Plin. l. 19. c. 8. Divus certè Augustus lactuca conservatus in

ægritudine fertur prudètia Musæ medici. Eiusdē meminit Suet. in Aug.

Museum, μυσεῖον. Locus est circa Olympum Macedoniæ montem, Musis

consecratus. Steph.

Museus, μυσεῖον. Poëta insignis, Orphæ tempore, unus ex Argonautis,

de quo extat versus,

Ancus erat Roma quo Martius optimus avo,

Musæus Gracis floruit in partibus.

Quod epigramma si verum est, Musæus non fuit unus ex Argonautis, quo expeditionem fecerunt in Colchos ante tempora Troiana. Potest tamen hoc de alio quopiam Musæo intelligi. Nam tres commemorantur à Suida, omnes poëtae, inter quos præcipuus fuit Musæus Eumolpi filius, Atheniensis, qui amores Erùs & Leandi carmine heroico descripsit. De huius laudibus extat honestissimum Virg. elogium. 6. Æneid.

Museum ante omnes: medium nam plurima turba

Hunc habet, atque humeris extantem suspicit altis.

Musca, ε, Paruum animal volatile, nulli non notum. { בּוֹבָה zebub. μύζα. GAL. Une mouche. ITAL. & HISP. Mosca, GERM. Ein steig oder muç. ANGL. A fly. } Plaut. in Curcul. Item genus est lenonum inter homines, meo quidem animo, Ut muscae, calices, pedesque, pulicæque. Var. 3. de re rust. cap. 6. Non ut muscae liguriunt, quod nemo has videt: ut illas, in carie, aut sanguine, aut adipe. ¶ Eius dimidiatum est Muscula. Boëtius, Quid in becillius homine, quem morsus muscarum necat?

Muscula μύζα τοπογενεῖς. Gloss. i.e. patva musca.

Musco, nis, magna musca. Vet. Vocab.

Muscariæ, a, um, quod ad muscas pertinet. { μυσκός GAL. De mousches. ITAL. Di mosche. GERM. Das der steigen ist. HISP. Cosa de moscas. ANGL. Belonging to a fly. } Plin. lib. 29. cap. 6. Aranci muscarij telæ, & præcipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora. Vbi Muscatum araneam vocat, qui venatur muscas.

Muscarij clavi. Vitruv. lib. 7. c. 3. Cūm paries totus luto inquinatus fuerit, tunc in eo opere canæ clavis muscarij perpetuæ figantur. Ibi Philander: Muscarios clavos interpretor, qui sunt unbellati, i. capite latiore, & expresso in orbem cacumine.

Muscatum, ij. Flabellum, quo muscae abiguntur. { πόθη. GAL. Un escentoir ou autre instrument à chasser les mouches. ITAL. Ventaglio. GERM. Ein stiegen wädel. HISP. Moscadero. ANGL. A fly flappe. } Cuiusmodi ex caudis pavonum confici solent, quæ muscaria pavonina vocat Mart. lib. 14. Epigram. 67. & 71. Hieronymus ad Marcellam. Quod autem matronis offertis muscaria, parvis animalibus ventilandis, elegans significatio est, debet luxu: iam citò restringere, quia muscae moritura oleum suavitatis exterminant. ¶ Erant & Muscaria bubula, quæ ex boum caudis conficiebantur, pulueri vestibus excutiendo idonea, quorum etiam meminit idem Martialis loco iam indicato. ¶ Ab horum similitudine helbarum quoque comæ in orbem radiatæ, cacuminâque in fasces coactæ, Muscaria appellantur. Plin. lib. 12. cap. 26. Semine in muscarij dependente, ut ferulæ.

Muscellarium, muscipula, à musculus, i. musculus. Vide Muscipula.

Muscæda, Muscipala, Musculus, vide Mus.

Muschetum & mulculetum, locus vbi abundant muscae. Vet. vocab.

Muscinus, μυσικός. Onom. i ad museas pertinens.

Muscio, μυσικός. Onom. i. qui muscas captat. Aliud mustio, id vide.

Muscys, i, Viridis herba, seu potius lanugo, in corticibus arborum & circa fontes & loca humida nascentis. Ita Diomedes lib. 1. Herba quæ in parietibus, aut corticibus arborum hæret. { μυιον, βρύον. GAL. Mousse. ITAL. Muschio, muffache, nasee sulla corteccia de gli alberi. GERM. Mieß so an den bäumen furnemlich wachst. HISP. El moho de los arboles. ANGL. Moss. } Virg. 6. Eclog.

Musco circumdat amara.

Corticis.

Colum. lib. 4. cap. 24. Iam verd muscus, qui more compedis, crura viatum devincta comprimit, sitque ex veterano macerat, ferro distractus, & eradendus est.

Calepini Pars II.

Muscōsus, a, um, quod musco operatum est. { μυστῆς. GAL. Plein de mousse. ITAL. Pieno di mousse. GERM. Mieseschig vol mæsi. HISP. Pleno de moho. ANGL. Full of mose. } Unde dicuntur: Muscosi fontes, & muscosa prata, apud Varr. 1. de re rust. c. 9. Cicer. ad Quint. frat. lib. 3. Nihil muscosus. Plin. 12. c. 2. Muscosi pumices.

Muscarī, est musco tegi. { μυσταρίς. Vide Muscarī, est musco liberari. Coř. lib. 12. c. 2. Oleæ putantur, & emuscantur.

Musæā, museorum, vide Museum, in Musa.

Musimōn, is, mascul. gener, Animal ovillo pecori non dissimile, villo tamen caprino similius, Hispania & Corsicae familiare. Plin. l. 8. c. 49. Est in & Hispania, & maximè in Corsica, non maximè absunile pecori, genus musimonum, caprino villo quam pecoris velleri proprius, quorum è genere, & ovibus natos prisca Umbros vocaverunt. Infirmissimum pecori caput quamobrem aversum à sole paci cogendum. Nonius aliter, Musimones, inquit, asini, muli, aut equi breves. Lucil. l. 6. Præmium emit, qui vendit equum musimonem.

Musum, Cattum ab eo quod cata, id est, vide. Hispanicæ catæ significat videre, vt cata lo que dizes, id est, vide quid dicas.

Musivum cattum, & ab eo, quod curat, id est, videt.

Musivus, a, um, continue tessellatus, ex Greco μυσικός, inserto u, sicut ex αγγεῖον, Argivus. Hinc.

Musivum, substantivè, opus eximia compositione tessellatum: sicut tessellatum & fictile pavimentum dicit Suet. in Iulio c. 46.

Musivarius, a, um, ad musivum pertinens.

Musivarius, artifex qui musiva facit.

Mussio animal in vino nascens. Gl. A. L.

Mussipontum, opidum Lotharingiæ, Pont à Monsson, ad Moissam fl. habet Academiam, auctoritate Gregorij XII. Papa anno 1572. à Carolò Lotharingiæ Cardinale instituta. Rector Academæ perpetuò est alius quis ex societate Iesu, idque decreto Sixti V.

Mussitanter, leniter. Alias, Mussitanter.

Musso, as, vide Mutio in Musas.

Mystacē, es, sive potius Mustax, cis, Lauri species, quæ maximo folio constat, flaccidoque & albidente: ita dicta quod mustaceis soleat subiici. Plin. lib. 15. cap. 30. Duo lauri genera tradit Cato, Delphican & Cypriani: Pompeius Lenæus adiecit, quam Musticam appellavit, quoniā mustaceis subiiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidoque & albidente. Ex quo Plinij loco appetat nominativum huius dictionis potius videri Mustax, quam Mustace, quippe quæ accusativum faciat Mustacem: qua etiam declinatione usus est Ruellius.

Mustacēus, a, Mustaceum, i. Libi genus est, constans ex fatina siliquena multo conspersa, casco, cumino, aniso, adipe, & ramenti lauri, quod in nuptiis adhiberi solet. Juven. Satyr. 6.

Si tibi legitimis pactam, iunctamque tabellis

Non es amaturus, duendi nulla videtur,

Causa, nec est cur cœnam & mustacea perdas.

Cato 1. de re rust. c. 121. vsus est hoc nomine in masculino gen. Mustacos (inquit) sic facito: farinæ siliquæ modum unum musto conspergit, anisum, cuminum, adipis pondo duo, casci libram, & de virga lauri deradito cōdem addito: & vbi definieris, lauri folia subtilis additum concoques. Dicta sunt autem Mustacea à Musto, quo farina conspergebatur: non (ut quidam putaverint) à mustace lauri genere: quum è contrario, vel ipso Plinio teste, constet, hoc lauri genus à Mustaceis nomen accepisse, quod mustacis soleat subiici. Vide ea quæ de hoc annotavimus in dictione Laureola.

Mystellæ, ε, sive Mustela, unica l, { μύστην cholædh. γάλα. GAL. Une belette. ITAL. Donnola. GERM. Ein wiesel. HISP. Comadreja, huron.

ANGL. A roesell. } Animal est parvum, sed oblongum, flavi coloris, quod columbariis, aliisque id genus aviariis maximè insidiatur;

ova exorbens, ipsaque etiam aves enecans. Plin. Mustellarum duo facit genera magnitudine distantia sylvestre, quod Græci istidem vocant: & alterum domi nostræ obtrans, quod suos quotidie transfert catulos, & serpentes persequitur. Plin. lib. 29. cap. 5. ¶ Est etiam Mustella, γάλας, pisces nomen apud eundem lib. 9. c. 17. proximam à scaro bonitatem obtinentis: quem Paulus Iovius in eo libello, quum de piscibus Romanis edidit, multis argumentis ostendit eundem esse

quem nos à lambendis petris Lampetram vocamus. ¶ Item Mustella viri nomen proprium, qui Ciceronis valde studiosus fuit, vt ipse testatur, scribens Attico lib. 12. Idem 2. Philipp. dicit hunc gladiatorum principem fuisse.

Mystellinus, a, um, adiectivum: fit à mustella. { γάλας. GAL. Appartient à belette. ITAL. Pertinente à donnola. GERM. Das der reiselin ist. HISP. Perteneiente à comadreja. ANGL. Belonging to a roesell. Testant. in Eunuch. Hic est vetus, victus, veterinosus senex, Colore mustellino. Plin. lib. 30. c. 14. Autem utriculo mustellino per genitale effluentes aquas.

Mysticola, ε, est machinula, autore Festo, & tegulis in qua calceus novus insuitur. Afranius, Mustricolam in dentes indam tibi.

Mystrum, i. Recens vinum. { ψωρίον tirōsch. γάλας. GAL. Du moust, vin doux qui vient de la cuve. ITAL. Mosto, vino nuovo. GERM. Most, entierlassener wein. HISP. El mosto de las uvas. ANGL. New royns or any drink that is new and fresh. } Ovid. Fast.

Pramia de lacubus proxima musta tuis.

Plin. lib. 23. cap. 1. Musta differentias habent naturales has, quod sunt candida, aut nigra, aut inter utrumque, aliisque ex quibus vinum fiat: alia ex quibus passivum. Cicer. de clar. Orat. Sic ego istis censuerim & novam istam quasi de musto lacu frividam orationem fugiendam, &c. Virg. 1. Georg.

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorum.

Ovid 2. de Arte.

Qui propravit noua musta bibant: mibi fundat suatum.

Consulibus priscis condita testa merum.

Ne musta in lacu statim austera sint. Quintil.

Nec cumulant altos fervida musta lacus.

Ovid. Eleg. 10. lib. 5. Tript. Vide plura in Lacus, supra.

Mūstūs, a, um, Recens. **שׁׂרְפָּת chadāšīch.** ITAL. GAL. Nouveau fait, freshly made. ITAL. NUOVO. GERM. Nero als der most. HISP. Fresco, nuovo. ANGL. New and fresh. Plaut. Mustam iuvencam dixit. **שׁׂרְפָּת** (inquit Nonius) non solum vinum, verum etiam novellum quicquid est, recte dicitur. Nævius in Gymnastico, Utrum est melius, virginem, aut viduam uxorem ducere? virginem, si musta est.

Mūstariūs, a, um, quod ad mustum pertinet. **שׁׂרְפָּתֵה כִּירְמָה**. GAL. Appartenant à moust. ITAL. Pertinent to mousto. GERM. Das zu dem most gehörte. HISP. Perteneiente a mosto. ANGL. Belonging to sweet wine. **שׁׂרְפָּת** Mustarius viceus, in quo mustum reponitur. Cato de rust. cap. 11.

Mūstēus, a, um, Dulcis, & musti saporem referens. **שׁׂרְפָּתֵה כִּירְמָה**. GAL. Doux comme must. ITA. mostoso, GERM. Süß und geschmackt wie most. HISP. Dulce, mostoso. ANGL. Sweetlyk, new wine. **שׁׂרְפָּת** unde Poma mustea. Plin. Est tanta musteis pomis suavitas, ut natus mandendi non nisi periculo fiat. Varr. l. 1. c. 59. Mala mustea, quæ nunc melimela appellant. Dicitur etiam Musteus recens idem quod mustus. Idem lib. 12. c. 7. Amaritudo grano eadem quæ piperi musteo creditur esse. Colum. lib. 9. c. 15. Transfertur in vasafictilia mel, quæ paucis diebus aperta sint, dum musteus fructus defervescat.

Mūstulentum, ut vinolentum quod odorem habet musti, aut oblitus musto ac madens. Plaut. in Clit. Nam ista mustulentus æstus nates artigit. Ex Nonio.

Mūslumanus, Turca, vox Arab. Græcis μυστουμανιζειν est Musulmani-
cam religionem profiteri.

Mūslum, cinamomi genus ex Musulo urbe adiecti. Gloss. Græcol. Meuts.

Mūsurgus, μυσεγδης, qui musica ratione cantus temperat & modulatur:
qui μύσεις ἔργον facit.

Muta, cavea, aviarium Italica vox. Frid. II. nuper de Venat. l. 2. Quædam in conservando sanas, etiam quando iam mutant pennas in domuncula, que dicitur muta. Inde Græcis recentioribus μυτινηιν in mutam includere, μυτηιν in mutam inclusus. Gloss. gr. b.

Mut facere non audet, ut apud Apuleium Platonicum de proverbii scri-
ptum est lib. 2. Churisius.

Mūtabillis, Mutabilitas, vide Muto.

Muticus vide infra post mutio.

Mūt̄l̄s, a, um, Truncatus, aut membro aliquo necessario diminutus, mancus. **שׁׂרְפָּת charāth** χαράθ εַחֲרָתָה γְּרָאָת gharāh γְּרָאָת meku-
t̄sats. οὐλοβός, οὐλός. GAL. Mutilé qui n'est point entier, coupé. ITAL. Tronco, tagliato. GERM. Gesäumptes eines glids beraubt. HISP. Mocho o desmochado. ANGL. Mutilat, cutte. **שׁׂרְפָּת** vnde boves, aut capri, qui cornua non habent, mutili dicuntur. Horat. 1. Serm. Satyr. 5.

— ô tua cornu

Ni foret execto frons (inquit) quid faceres, quum
Sic mutilus minitaris?

Ovid. Turpe pecus inutilum. Col. lib. 8. Scribit meliorem esse arietem mutilum, quam cornutum. Cæsar. 6. bell. Gall. Harum est consimilis capri figura & varietas pellium: sed magnitudine paulò antecedunt, mutilæque sunt cornibus. Et per translationem mutilus pro imperfesto. Cic. in Orat. Sed quum mutila quadam & hiatia locuti sunt, quæ vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant Thucydidis. Sunt qui sic distinguant Mutilum à Manco, Ut, mutili dicantur hi quibus ferro, vel alia re aliquod membrum exectum sit: Manci vero, quibus membrum naturæ vitio desit, Iuvenalis, ex eo tanquam Mantus & extinctæ corpus non utile dextræ. Debiles autem, quibus membrum vel vulnere vel mortuo inutile sit redditum.

Mūtilo, as, pen. corr. Truncato, aliquid detraho, diminuo. **שׁׂרְפָּת charāth** γְּרָאָת gharāh γְּרָאָת kitséts. οὐλοβός, οὐλός. GAL. Mutiler, couper. ITA. Troncare, tagliare. GERM. Gesäumpten. HISP. Desmochar o cortar miembro. ANGL. To mayme. Terent. in Hecyr. Ego te propterea sedulò & moneo, & horror ne cuiusquam misereat, Quin spolies, mutiles, laces, res, quenquam nacta sis. Huius composita, Admutilo, Dimutilo, de quibus suis locis.

Mūtilat̄s, a, um, Truncatus, diminutus. **שׁׂרְפָּת charāth** χα-
רָאָת γְּרָאָת gharāh γְּרָאָת mekuſats. οὐλοβός, οὐλός. GAL. Mu-
tilé, coupé. ITA. Troncato. GERM. Gesäumpt. HISP. Demoschado. ANGL. Maymed. Plin. lib. 8. cap. 5. Certè Cato quum Imperatorum nomina annalibus describeret, cum qui fortissime præliatus esset in Punica acie, Sutrum tradidit vocatum, altero dente mutilato. Ovid. de Nuce.

At mibi sua nocent mutilatis vulnera ramis.

Cicer. 3. Philip. In Galliam mutilatum duxit exercitum, id est, dimi-
natum.

Mūtilūs, Lapis in pariete prominens, quadrangulus ferè, inferiore tam-
en sui parte nonnulli immunitus. Varr. l. 3. c. 7. Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegeticulæ cannabiæ sint impositæ. Idem lib. 3. c. 16. Eas alios ita collocant in mutilis pariétis, ut ne agitantur, n̄e inter se contingant.

Mūtinā, vulgō Modena. Civitas est Galliae Cisalpiniæ in Flaminia, quondam Romanorum colonia, ubi Antonius D. Brutum obsedit, quem Hiricius & Pansa Consules, victo Antonio liberarunt. Lucan. lib. 1.

His Cæsar Perusina famos, Mutina que labores
Accedant fatis.

Cic. Philipp. 5. Anton. circunsedit Mutinam firmissimam & splendidissimam populi Romani coloniam.

Mutinensis color, μυτιναιος χρῶμα dicitur nativus, à Mutinensibus la-
nis, ex quibus nativo colore panni siebant. Varro, Nam & ludere ala-
crem vidimus Mutinensi tunica.

Mutio, is vide Mutus.

Mutito, vide post Muto.

Mūt̄l̄s, Vit Romæ clarus, qui accepta potestate à senatu, in castra Por-
senæ regis, tum temporis Romanos obsidentis solus intravit, eo ani-
mo ut regem interficeret: sed quum regem non cognosceret, satelli-
tem purpura in futum pro lege occidit. Hinc comprehensus, & ad re-
gem perductus, iussus est & coniuratos si qui essent indicare. Mutius

verò ut ostenderet se nullo supplicio vinci posse, & ut pœnam de dex-
tra sua exigeret, quod in cede aberrasset, ipsam igni impositam in con-
spectu regis sibi ipsi adussit: unde illi postea Scævolæ cognomen, quod
sinistra manu vti cogeretur στέφω enim Græci sinistrum vocant. Ita
Rex eius fortitudinem admittatus, liberum dimisit. Mutius igitur, regi
vt grati animi significationem aliquam daret, indicavit trecentos iu-
venes in eum similiter coniurasse. Quare territus Porsena, bellum ac-
ceptis obsidibus depositus, Martial.

Vtere quam potuit contemptu Mutius igne,

Hanc spectare manum Porsena non potuit.

Vide Livium lib. 2. ab Urbe condita. Fuerunt præterea alij Mutij, quo-
rum facta illustria multis prosequitur Raphaël Volaterranus lib. 17.

Nativus, a. um, quod nullo artificio confeatum est, sed tale omnino est, quale nascitur, naturalis, genuinus. γένετος. GALL. Natif, naturel, qui vient de nature. ITAL. Nativo. GERM. Naturlich, angeborn. HISP. Cosa natural nacido. ANGL. Native, naturell. Plin. lib. 31. cap. 7. Sunt & montes nativi salis, ut Indis Oromenus. Gell. lib. 12. c. 1. Propterea obliteratis, & abolitis nativæ pietatis affectibus. Cato apud Gell. c. 3. lib. 7. Cogitate quanto nos nostri nativi cautiū facimus. Et naturæ lanæ, apud Plinium lib. 8. c. 47. dicuntur, quæ nativum colorem retinent. Nativum malum, id est, innatum, ingenitum. Cic. pro domo sua. Nonne fuit eo major adhibenda medicina, quæ & illum nativum, & delectum malum sanare posset? Nativi Dei, qui nascuntur, & occidunt Cicero de natura deorum. 1. Anaximandri autem opinio est nativos esse deos, longis intervallis orientes, occidentesque. Nativa verba quæ primitiva, seu primæ positionis vocant Grammatici: quibus opponuntur Reperta: id est, derivata Cicer. in Partition. Simplicia verba partim nativa sunt, partim reperta. Nativæ ea quæ significata sunt sensu Reperta, quæ ex his facta sunt. Nativus color, naturalis, qui nulla arte, sed natura producitur, modò in albedinem tendat, modò in nigredinem, non tamen perfectè aut albus, aut niger. Plin. lib. 2. 6. c. 4. Nativus color albus, Leucophæus appellatur, ab eo quod Græci album vocant λευκός, & φαίνεται, fuscum, sive pullum. Huius contrarius Bæticus, vel Pallus vocatur. Plin. lib. 32. c. 10. Iecur rubetæ, vel cor adligatur in panno leucophæo, & quartanis prodest. Hinc Leucophæati, qui rudiori alba veste, ac vili, & nativi coloris induit sunt. Martial. lib. 1. Amator ille tristium lacernarum,

Et baticatus simul & leucophaeus.

Nativum, pro nato, seu orto.

Nativitas, atis, Ortus. בְּנֵי הָרֶבֶת molédheth. γένεσις, γένετος. GAL. Nativité, naissance. ITAL. Natività, Nascimento. GERM. Die geburt. HISP. Nacimiento. ANGL. Nativitie, birth. Vlp. l. 1. ff. ad municipal. Municipem aut nativitas, aut adoptio facit. Nativitatis terra, est patria. Gen. 11. 28. Nativitatis vultus. Iac. 1. 23. Nativitatis rota. Iac. 3. 6.

Nativitus, ex nativitate. Tertull.

Naturæ, dicta est ab eo quod aliquid nasci faciat divinus omnium rerum oido quo omnia mōventur, oriuntur & occidunt. φύσις. GALL. Nature. ITAL. Naturæ. GERM. Die natur. HISP. Natura, naturaleza. ANGL. Nature. Hanc quidam Deum esse dixerunt, à quo omnia sunt creata. Senec. lib. 4. de benef. Natura hoc mihi præstat. Non intelligis

te, quum hoc dicas mutare nomen Deo? Quid enim aliud est natura quam Deus, & divina ratio toti mundo, & partibus ejus inservit? Plinius ubique Naturam parentem, rērumque opificem appellat. Ovi. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Invida mespatio Natura coercuit aristo (Ingenij.) Ibid. Eleg. 7. lib. 3.

Nam tibi cum facie mores Natura pudicos,

Et raras dores, ingeniumque dedit.

Naturam sibi facere rei alicujus. Quint. ¶ Natura pro situ. Cœl. 1. bell. civ. Cognita natura locorum. Item Fluminis natura. Ibid. ¶ Accipitur interdum pro vi, & ingenio rei alicui virtute & potentia; unde arborū atque herbarum naturas dicimus. Plin. lib. 12. 6. 14. Hæc concreta densantur, ubi loci natura possit. Cic. de somn. Scipion. Animæ natura propria, atque vis, ut ipsa à se ipsa moveatur. Virg. lib. 4. Georg.

Nunc age, naturas apibus quas tuppiter ipse

Addidit, expediam.

Ter. in Eunuch. Si qua habitior paulo, pugilem esse aiunt, deducunt cibum: Tametsi bona est natura, reddunt curatura juncea. ¶ Naturæ satisfacere, & naturæ concedere dicimus pro mori Cic. pro Cluent. Vos auditis de eo in quem judices non estis, de eo quem non videtis, de eo quem odiis non potestis, de eo qui & naturæ & legibus satisfecit, quæ leges exilio, natura morte multavir. Salust. in Ingrith. Pater uti necesse erat, naturæ concessit: fratri, quem minimè decuit, propinquus per scelus vitam eripuit. ¶ Est in rerum natura, i. evenit aliquando, contingit, sic Cels. l. 7. c. 2. Est etiam in rerum natura, ut cutis latius excienda sit. ¶ Et, In rerum naturam cadere, dixit Quintilianus (ut notavit Budæus) pro Interdum accidere. ¶ Natura pro corpore. Suet. in Tib. cap. 3. Naturæ, virtus esse, non animi. ¶ Aliquando etiam Natura accipitur pro genitalibus, tam virilibus, quam fœminis, quæ & à Græcis dicitur φύσις. Cic. 1. de divinat. Parete quædam matrona cupiēs, dubitans, esse prægnans, visa est in quiete obsignata habere naturam: retulit: negavit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. Plin. lib. 22. c. 13. Si quadrupedes fæcum non admittunt, utic naturam fricandam ironti at. Suet. in Tib. c. 45. Hic cum vetulum capris naturam ligurire. Dicta autem Natura quod in eo membro nascendi vis sit. ¶ Quinta Natura. Cic. 1. Tus. Aristoteles longè omnibus (Platonem semper excipio,) piæstans & ingenio, & diligentia, quum quatuor genera illa principiorum esset complexus, è quibus omnia oriuntur quintam quandam naturam censem esse è qua sit mens. ¶ Naturæ, ablativus, pro Naturaliter apud Quintil. lib. 1. Fieri natura, cui opponitur, Fieri quædam instituto. Cic. in Orat. de natura universalis; vide Martinum in suo Etymologico, ubi de natura universalis quæ Logicam, quæ Physicam, & quæ Astronomiam: item quæ fiunt secundum, præter, contra & supra naturam, p. ix.

Naturæ deum dicunt profani Scriptores non cum qui naturæ universæ, cælo, terræ, mari præst: sed hominis genium, qui naturam cujusque regit, foveat, tuctur, curat, sanat. Horat. lib. 2. ep. 2.

Seit genius, natale comes qui temperat aërum;

Natura Deus humana, mortalis in unum.

Quodque caput, vultu mutabilis, aibus & ater.

Naturabilis, e naturalis. Apul. Flor. Naturabilia contemplatus. Sic. rationabilis, pro rationali.

Natūrālis, e, quod secundum naturam est. φύσις. GAL. Naturæ. ITAL. Naturale. GERM. Naturlich. HISP. Natural. ANGL. Naturall. ¶ Vnde Naturalis filius dicitur, qui naturaliter ex nostro semine est progenitus: γένετος τογῆς, cui opponitur filius adoptivus, ἀποτέλεσμα. Apud Suet. in Tiber. c. 52. Naturalis filius & adoptivus opponuntur. Filiorum, inquit, neque naturalem Drusum; neque adoptivum Germanicum, patria charitate dilexit. ¶ Naturalia desideria, pro cupiditate coœundi dixit Columella lib. 4. c. 24. de vaccis loquens, Atque (inquit) in id ferè tempus naturalia congruent desideria. Idem lib. 4. c. 27. Equæ desideriis naturalibus anguntur. Liv. lib. 4. d. 5. Naturalis P. Scipio. (sup. filius) Aliter, quam apud Iurisconsultos. Item Quint. Naturalis pater ¶ Divinatio naturalis, cui opponitur Artificiosa præsensio Cic. 1. de divinat. ¶ Lex naturalis. Idem 1. de nat. deor. Legem naturalem divinam esse censem Zeno, cämque vita obtinere, recta imperantem, prohibentemque contraria. ¶ Naturale est, Plin. lib. 11. c. 37. Plerisque verò naturale, ut nictare non cessent, quos pavidiiores accipimus.

Natūrālis, plurali numero, dicuntur Pudenda. מְבוֹשָׁה mabus. aioia. GAL. Les parties hontees. ITAL. Le parti vergognose. GERM. Die scham gebrüts gläser. HISP. La natura del hombre o muger. ANGL. The secret or privie members. ¶ Cels. lib. 7. c. 18. de cōlis morbis, Ac Erafistri aut Cratonis compositio rectè super purulenta naturalia imponitur, i. genitalia. Colum. lib. 6. c. 28. Si equa marem non patitur, detrita scilla naturalia ejus linuntur, quæ res accedit libidinem. Idem lib. 9. de Gallinarum pullis, Plumulæ sub cauda, clunibus detrahendæ, ne stercore coins quinatae durestant, & naturalia præcludant. Naturale, numero singulare codem sensu protulit Celsus lib. 7. c. 26. Femina brevius urinæ similiter & rectius itet habet: quod mammula simile, inter imas oras super naturale positum, non minus sœpe auxilio eget.

Natūrālē, adverbio hoc est, à natura, vel secundum naturam. γένετα φύσις. GAL. Naturæ. ITAL. & HISP. Naturalmente. GERM. Naturlich. ANGL. Naturallie. ¶ Cic. de senect. Quod enim homini naturaliter insitum est, eo uti decet: & quicquid agas, agere pro viribus. Naturaliter dissimillimi. Velleius. Colum. lib. 3. cap. 16. Naturaliter infœunda virtus Cœsat. 3. de bell. civ.

Naturale, pars corporis sexum discernens: id quo viri sumus, aut femine; usitatius plurali naturalia eo sensu.

Nascicā, nascicā. L. Scipionis cognomen fuit. Hic adhuc adolescentis à Senatu vir optimus judicatus Magnam matrem deorum hospitio suscepit, donec ei templum adificaretur: unde à Juvenale Holpes numeris Idæ appellatur. Huius etiam ductu Tiberius Gracchus seditionis concionibus statum Reipubl. labefactans fragmentis subsellitorum in concione est oppressus. Vide Cic. in Or. pro C. Rabirio perduellionis reo Nasio, subsannans. Gloss. Isid.

Nascicā, vas aquarium, ansatum, ac patens, ἀρχα. Varr. lib. 2. de rebus

rust. c. 22. Vt ex ære abena, urceos, nasi ternam ficeret.
Nasum, Ptolem. auëtore lib. 2. cap. 9. Gallia Belgicae urbs.
Naso nomen est auctoris. Suet. in Cæs. c. 9.
Naso dictus Ovidius, quia magnum nasum habuit. Vet. Vocab.
Naspus, νάσπος, urbs Thracie. Steph. Vide Nasus.
Nassæ, genus vasis pectoris ex vimine contextum, quod cum intravet
tit pectoris, exire non potest. { κόπτειον. GAL. Vne nasse. ITAL. Nassa GER.
Ein rutsch darin man die sich sah. HISP. La nassa o garlito para pescar.
ANGL. Aweele or borot to tak fishe. { Plaut. Mil. sc. 6. a. 2. Nunquam ex
ista nassa hodie escam petam. Cic. lib. 15. ad Attic. Ex hac nassa exire
constitai, non ad fugam, sed ad spem n' elitoris mortis. Silvius lib. 5.
Haud secus, ac vitreas solers pectoris ad undas,
Ore levem patulo texens de vimine nassam.

Nastaid; jurare per pectus suum. in ll. Aleman.
Nastale, is, cingulum, vel fibula, quod restringit pallium circa collum.
Nastæs, νάστης, fuit frater Amphimachi, æquum cum illo in Caras ha-
bens imperium, qui Priamo adversus Grecos suppicias tulerunt, teste
Homero lib. Iliad. 2.

Nasturtium, herba hortensis est notissima, quam Greci καρδαյον vo-
cant. { GALL. Cresson alenois. ITAL. Nasturzio. GER. Eetessich. HISP.
Nasturcio, verros. ANGL. Cresses. { Venerem inhibens, animumque exac-
cuenus. Ejus (testa Plin lib. 25. cap. 13.) duo sunt genera, album scilicet
quod purgativam vim habet, bilineumque in aqua denarij pondere potum
detrahit. Alterum est nigrius, quod capitis via purgat, visum clarifi-
cat, commotas mentes sedat ex aceto sumptum. Utrumque cerebrum
purgat, menteque mirificè excitare creditur: unde factus est locus
proverbio, ut homines socordes & somnolentos nasturtium edere ju-
beamus. Nasturtium autem à nasi tormento appellatum esse auctor est
Plin. lib. 10. c. 8. quod scilicet mordacitate quadam nasi torqueat, &
steinutationes provocet.

Nasus, νάσος, placenta è melle, vuis passis, aliisque condimentis.
Nasus, i. dicitur ea pars capitis quæ à superciliiorum confinio oriens, &
quasi æquali portrecta jugo, utramque aciem simul & discernit, & mu-
nit. { εἰς αρ. μυκτὴρ, γεν. GALL. Le nez. ITAL. Naso. GER. Die nase.
HISP. La nariz. ANGL. The nose. { Duo autem ejus spicamina, gemini-
que hiatus, quos veluti quidam paties per medium ductus intersepit,
nates vocantur. Cicer. 2. de natur. deor. Nasus ita locatus est, ut quasi
murus oculis interjectus esse videatur. Persius satyr. 3.

Ingerimat tremulos naso crissante cachinos.
§ Nasus culicis, Mart. Epigr. 96. lib. 14. Si amabas, nasi oportebat ab-
reptum mordicus. Plaut. Men. sc. 3. a. 1. Cum nasi odos obsecutus est
meo, da vicissim gutturi meo gaudium. § Nasum. i. Plaut. & Lucill.
apud Non. Nasum rectius Idem Cœr. sc. 2. a. 1. Sagax nasi habet,
canem esse par fuit. Ibidem Fames & mora in nasi bitem concidunt.
Idem Amph. Macilento ore, nasi acuto. Idem Capt. sc. 4. a. 3. ut sciat
alieno nasi, quam exhibeat molestiam. Ibidem sc. 1. a. 4. (de odore te-
ctro.) ¶ Nasus vigilans. Iuvenal. Satyr. 1.

Dōctus & ad calicem vigilanti stertere nasi.
Ibi Britannicus: Qui revera non dormiat, sed somnum vigilet à Ce-
pio quodam sumptum, qui Paracreacion dictus est, quod dormientem
simularer, quod impunitius uxori metacharetur illud. Non omnibus dor-
mio, ut Festus & Cœlius Rhodigin. lib. 22. c. 16. scribit, unde Beroaldus
vigilantem nasi putat clamosum & obstuperum, quoniam scilicet
altiore somno oppressus homo stertit sonantiūs, ut, homine quiescente,
nasi tamen non dormire videatur. Ergo vigilanti est rhonchillanti.
§ Aliquando nasi pro sagacitate, acrimonia, & dicacitate: ita Ha-
berbe nasi cum dicimus, qui venusta, quadam & scita irrisione alium
derider. Metaphora ducta est à canibus, qui narium olfactu abstusis-
sima quæque investigant. Horat. 1. Serm. Satyr. 6.

*Nec quod arsus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legitonibus imperitarint,
Ut plerique solent, nasi suspendis adunco
Ignotos, ut me libertino patre natum.*

Plin. Primus Lucilius condidit styli nasi, i. scriptis Satyram, quæ
acerbitatem quandam & acrimoniæ styli habet in virtutis insectandis.
Mart. lib. 1. Non cuique datum est habere nasi, i. acrimoniæ ad de-
ridendum, & dicacitatem. Item. Et puerti nasi, rhinocerotis habent
¶ Nasus tortus. Levit. 21. 18. § Nasus vigilans. Iuven. Satyr. 1.

Dōctus & ad calicem vigilanti stertere nasi.
§ Nasus pro iudicio, iugatio. § Nasus, ita, multiplici tropo. § Pro irri-
sione, & contemptu. § Nasus leemonis, mox dax & inventiva acrimonia.
¶ Nasus rhinocerotis, longus ad similitudinem rhinocerotis cornu,
quod id animal in naribus habet. Vetus est proverbium, Nasus rhino-
cerotis, de iis, qui facile quenvis irrident, quod homines, quod longior
nasi sunt, eo maiores rhonchos edant, proper quod & nasi dicuntur.
¶ Nasus pro anfa per metaphoram, quia eminet instar nasi, seu rostri,
& ea vas præhendi potest.

Nasutus, magnum nasi habens. Horat. Satyr. 2. lib. 1.

ô crus, ô brachia! verum

De pygis, nasuta, brevi latere ac pede longo est.

Nasutus. Dicaces, reprehentes, & desidores, qui doctè alias norunt iride-
re. { μυκτηριαὶ, οὐδεῖς. GAL. Moqueurs, râilleurs. ITAL. Beffeggiatori.
GERM. Nasst wette, die eines meysterlich sporten können. HISP. Mo-
dadores, escarnidores. ANGL. Mochers, scornes or taunters. { Martial. lib. 1. 3.

Nasutus sis usque licet, sis denique nasi.
Idem formavit comparativum, Nihil nasutus hac maligniusque est.
Nasutissimus homo. Mox, nullius ingenij. Senec. Et per diminutio-
nen Nasutulus. Apuleius. Nasutula mulier ac dicacula. § A Nasus fit
verbum Denasus, das, δένασσω. Plaut. Capt. Os denasabit tibi mordicus.
Nasutissimus, superlativus. Senec. in ult. Suasoria, Cœstius homo nasutissi-
mus, dissimilavit exaudiisse se.
Nasutulus. Adjectivum diminut. Apuleius, Nasutula mulier atque di-
cacula.

Natalēs, vide Nascor.

Natalis, Natatio, vide Nato.

Natæs, natum, Cato est conglobata versus os sacrum, sedendi officio
aptissima, à nitendo, ut quidam existimant. { σχεῖθεις, γλαύκης, νέκτα-

νη, πόνια, πόναι GALL. Les fesses. ITAL. Naiche. GERM. Die Abbacken.
HISP. Las nalgas. ANG. The hips or buttocks. { Ibi enim est caro si-
mior, quam in cæteris membris, ne premente corporis mole offendatur Horat. 1. Serm. Satyr. 8.

*Nam, displosa sonat, quantum vestis, pepedi
Diffusa nate fucus.*

Idem Epod. 8.

*Quum sic tibi dens ater, & rugis vetus
Frontem senectus exaret
Hiæque turpis inter aridas nates
Podex, velut cruda bovis.*

Mart. lib. 4.

*Alea parva nubes, & non damnoa videtur.
Sape tamen pueris absulit illa nates.*

¶ Hæ etiam in alio nomine Clunes dicuntur. Juvenal.

Ad terram tremulo descendunt clunes puella.

Nathinæs, vox Hebreæ, Latinis deditius.

Natinatores, Seditionis, negotiosi, vocabantur, & Natinatio, negotiatio.

Festus.

Natino, fluctuo.

Natō, Nativus, vide Nascor.

Natiso, Venetiæ fluvius, Ptolem. lib. 3. cap. 1.

Nāto, natas, vide No-nas.

Natolia, veteribus Asia minor.

Natrix, θερινή, gen. masc. & fœm. Genus serpentis etiam aquas venenæ
inficiens, à nando nomen habens. { ANG. A serpent of the water. { Plin. lib. 15. Natrix quoniam speciem anguis significat, masculinum quo-
que invenitur. Cic. 4. Acad. Cur omnia nostri causa quoniam facere, tan-
tam vim naticum, vipera umque fecerit; cur mortifera tam multa
passim disperserit? Lucan. lib. 9. Et natrix violator aquæ. Suet. in Calig.
c. 11. Metam. dixit: Natrix populo Romano ales. Item Natrix
Plin. lib. 27. c. 12. herba est, cuius radix evulsa, virus hiaci redolit. ¶ Na-
trix quoque mulier dici potest natans, sicut Natrix. ¶ Natrix vide-
tur & flagrum esse, ad instar patricis serpentis.

Natura, Natus, vide Nasor.

Nava flumen. Tacit. lib. 20. Inter Treveris comitantibus vitato Moguni-
aco Loingium concessit, fidens loco, quia pontem Navæ fluminis
abuiperat. Hinc corrigit ilud in Ausonij Mosella.

Transferam celerem nebuloso flumine navem.

Scribe Navam.

Navale, Navarchus, vide Navis.

Navalia, Ptol. lib. 2. cap. 12. Vibis Germanicæ, vulgo Soul.

Navaria, pars Hispaniæ Septentrionalis, versus Arcton. Vasconibus ad-
jacet, ad Meidiem verò Tarragoniam habet regionem.

Nauci, Putamen nucis, sive olivæ nucleus, seu membranula quæ in nu-
cis juglandis medio est. { περιφύμα. GAL. La coquille ou petite râye
d'une noix, chose de nuslie valeur. ITAL. Scoria della noce. GERM. Russ-
scheifs, das böglin in der mis. HISP. La cascara de la nuez. ANGL. The
husk or inner skinne of a nut. { & accipitur pro se nihil. Plaut. in Mo-
stell. Qui homo timidus erit in rebus dubiis, is nauci non erit. Cic. x.
de divinat. Non habeo denique nauci Narsum augurem.

Nauicacio, Nihili facio, vilipendo, ne nauci quidem dignum judico.
{ ηγείαίρεις ποιεῖσθαι. GAL. Ne tenir conse, n'estimer rien. ITAL. Stimar
niente. GERM. Für nichts achten/gering halten. HISP. Tener en poco pre-
cio. ANG. To regard nothing or sett, little by. { Plaut. in Bacch. Perii, hoc
servum meum non naucifacere esse ausum.

Naucleriacus, Nauclerius, vide Navis.

Naucratis, ναυκρατος Stephano, civitas in Ægypto, à Milesiis condita,
qui tum mari potiebantur, teste Strab. lib. 17. Eius incolæ Naucratæ
appellantur.

Narcupes, ad cundum acutum habens pedem. Gloss. Lega Acupes.

Naufragium, vide Navis.

Naviā, æ, Lignum cavatum ut navi, quo in vindemiis uti solent, inquit
Fest.

Navia ficus in comitio appellatur ab Attio Navio augere.

Naviculor, Navigo, vide Navis.

Navis, à Græco ναῦς. { Ἀνθιζόμενης οὐδεῖς. ספינה Sephinah. GAL. Navire, nef.
ITAL. & HISP. Nave. GERM. Ein schiff. ANG. A ship. { Ovid. 1. Fast.

Acta per aquoreas hospita navis aquas.

Moderamen navis pro gubernaculo. Idem 15. Metam.

— & innixus moderamine navis, in alta.

Puppe caput posuit.

Virg. 5. Æneid.

Rectorem navis compellat voce Menetum.

Nave mea vento forsan eunte suo.

Ovid. Eleg. 5. lib. 3. Meministi te mecum exire è navi. Plaut. Menach.
sc. 9. a. 5.

Fert bene præcipites navis modo facta procellas,

Qualiter exiguo solvit imbre vesus,

Ovid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.

Si tamen hac navis vento ferretur amico.

idem El. 4. lib. 1. Ibid. Si qua peregrina navis in portum advenit. Plaut.
Men. sc. 2. a. 2. Parata navi, clavo hæret sedulo. Idem Amph. Ego
quantum possim mihi navem paro. Idem Mil. sc. 1. a. 2. Prandi in navi.
Idem Men. sc. 4. a. 2. Quid cessò abiit ad navem dum salvo licet? Ibid.
sc. 2. a. 5. Uter vestiūm advectus navi mecum? Idem sc. ult. a. 5.

Dum licet, & spirant flamina, navis eat.

Allegoricæ. Ovid. 4. Epist. ¶ Navis & Reip. comparatio apud Livium
lib. 34. ¶ Frangere navem, idem quod naufragium facere Ter. in An-
dria. Navem is fregit apud Andrum insulam. Plaut. in Men. sc. 4. a. 2.
Perii misera, quam tu nunc mihi navem narras; mæ lignæm. Sæpe tri-
tam, sæpe fixam. sæpe excussam malleo. ¶ Actuaræ naves, quæ remis
agebantur: vide supra in dictione ACTUARUS. Hiccius de bell. Alex-
and. Navibus actuaris, quarum numerus erat lati's magnus magni-
tudine quanquam non lati's iusta ad præliandum, rostra imposuit. Has
adiunctis navibus longis, & numero classis aucto, militibus veteris
imposuit, &c. ¶ Rostratae naves, dictæ à rostris: quæ quia ex grecis fiebat
ætate

etiam dicabantur. Virg. 8. Eneid. In medio classes et ratis, Achaea Cenere erat. Liv. 4. decad. lib. 6. Una & octoginta rostris navibus multis praeterea minoribus, quae aut aperte, rostratae, aut sine rostris, speculatoriae erant, Delum traiecit. Naves aperte Liv. lib. 5. dec. 4. contrariae rectis. Et rati dicuntur Cesar. l. 3. de bell. civ. Fluviatiles naves quibus vehimur in flaviis, apud Livium l. 10. decadis 1. Naves lusoriae, quae huc illuc solebant discursare, ut quas in excubis in Danubio adversus Barbaros Romani habebant. Seneca, Cui tremes & ratis non mitterem lusorias & cubiculares, & alia ludibria Regum in mari lascivientium mittam. Ac ludere navis dicitur quae huc & illuc velut lascivia quadam curit. Seneca, ubi naves lusorunt, hauziuntur. Siumentatiae naves, oneratiae, ad frumentum vehendum aptae. Cesar lib. 3. bell. Gall. Longae naves ab onerariis differebant: si quidem onerariae velis dumtaxat incitabantur: longae vero etiam remis agebantur. Lentulus in Epist. Cic. l. 12. A classe dilecti erunt, navique longa profugeunt, onerariis relictis. Naves marinæ, quibus mari vehimur, ad differentiam fluvialium, i. Iulia repetundarum, ff. de vocatione. Et excusat. munera. Piscatoria naves, ad pisces capiendos paratae. Liv. 3. decad. lib. 3. Prædatoria naves, & Naves piraticæ, apud eundem 3. decad. lib. 9. & dec. 4. lib. 4. Plaut. Men. sc. 2. a. 1. Eleganter & allegoricæ, de meretriciis insidiis: Navis, inquit, prædatoria stat in portu. Dicit lembus directum navis prædatoria (i. dicit meretrice hecum meum sub odio cinctum & quasi cruci affixum lembus enim navela levis est.) Ibid. sc. 3. a. 1. Prætoria navis quam Græci naupax id vocant, nostri vulgo Capitanam. Liv. 3. decad. lib. 1. Speculatoriae naves. Idem decad. 4. lib. 6. & dec. 4. lib. 3. Turtitæ naves, quibus ad libram tures imponebantur, idque non solum ad proram, sed etiam ad puppim, ut testatur Appianus de bell. civilibus. Navis frumentaria. Cesar. 3. de bell. civ. Vinaria navis apud Ulp. l. vulgaris. ff. de furcis. Constrictæ naves, ογράφαντα πλοῖα, quæ & testæ dicebantur: de quibus Plin. lib. 7. c. 56. Ex tegebantur pellibus. Cesar. lib. 3. de bell. civ. Navicula, & est parva navis, qua vel in mari, vel in flumine circunvenchimur, η πλοίον. GAL. Petite navire, nassello. ITAL. Navicella. GERM. Ein schifflein. HISP. Navezca, ò navezzla. ANGL. A little ship. Quo nomine appellari possunt quæ plurimæ Veneris scita in primis atque eleganti forma ad aquam trajiciendam visuntur. Cic. Acad. 4. Ita sermone confessio, Catulus remansit: nos ad naviculas nostras ascendimus. Idem Att. l. 14. Deinde ad epulas Vestorum navicula, subauditius. Idem ad Quir. post reditum. Cum parva navicula trajecit in Africam. Navicella, diminut. à Navicula, quo utitur Maitianus Jurisconsultus in trajectu de fundo instruens.

Navalis, e, adj. quod ad naves pertinet. η ναυλικός. GAL. Denavire ITAL. Navale. GERM. Das zu Schiff gehört. HISP. Cosa perteniente à las naves. ANGL. That belongeth to a ship. Hinc navalis corona, qua donabatur qui primus in nave in hostium armatus transiisset. Virg.

Tempora navalia fulgent rostrata corona.

De navalia corona, Gell. c. 6. lib. 5. Prælum navale. Plin. lib. 6. cap. 1. Bellum navale. Cicer. pro lege Manil. Certamen navale. Vi. g. 5. Eneid. Disciplina navalis, Cicer. pro lege Manilia. Pugnae navales & pedestres. Idem de senect. Socij navales, pro temigibus, apud Livium 1. & 34. bell. Punic. Ovid. lib. 1. Fast.

Sed cur navalis in are.

Altera signata est: altera forma biceps. (i. forma navis.)

Idem Eleg. 3. lib. 4. Trist.

In cara ducuntur quasse navalia puppes.

Navalia vasa, in quibus onera recondita in naves imponuntur. Ulp. l. 19. D. de aur. & arg. n. leg. Vasorum appellatio generalis est: dicimus vasa Vinalia & Navalia. Vbi nonnulli reponunt nivalia, quod & Vlpiani sententia repudiat & loquendi confuetudo. Nivaria enim per R. legendum esset. Ex Hotomano.

Navale, is, substantivum vel Navalia, um, in quibus stant, vel fieri solent naves. η ναύπια, ναυούσαι, ιντερια. GALL. Un havre. ITAL. Arsenal. GER. Ein schiffrende item, dasort an welchem man Schiff macht. HISP. El astillero de las naves. ANGL. A dock haven where shippes are layd up or made. Virg. 4. Eneid.

Dripentque rates a. ij navalibus ? ite

Ovid. lib. 3. Metam.

Haud aliter quam si siccum navale tenerent.

Cic. Offic. 2. Atque etiam illæ impensa meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus.

Navarchus, i. Praefectus classis, qui à prætoribus, vel consulibus, in provinciis constitui solebant, ut in mari versarentur, maritimæque sua provinciæ partes à piratis defendent. η חָנָכָה רַבְּה בַּחֲנָבֶל. GAL. Pilote & patron de navire. ITAL. Capitano d'armata di mare. GERM. Ein schiffherr der obersi über ein ganze armada. HISP. Capitan sobre la mar. ANGL. The shipmaster, the pilot. Hanc Græci eadem ratione η ναυαρχόν vocant, quod in ea navigaret navarchus. Cic. 2. Verr. Sumptum oīnam in classem siumento, stipendio, ceterisque rebus navarcho suo quæque civitas semper dare solebat. Ibid. An quod fōrum Syracusanum navarchorum sanguine redundavit?

Nauclerus, i. η Βαράθρον της γαλερας. GAL. Pilote de navire, ou patron de galere. ITAL. Nochiero, patron de galera. GERM. Ein schiffherr der da lugt das die steuerleut das Schiff recht leiten. HISP. Naucler, piloto ò padron de la nave. ANGL. The shipmaster or pilot. Qui navi præst, & nautarum cuique munia sua præscribit. Cicet. Navicularium vocat, & Naviculatorem. Plaut. in Mil. Cubare in nave lip-pam, atque oculis tuigidis Naucleus dixit, qui illas advexit mihi.

Nauclerius, a, um, eiusdem significationis. Plaut. in Asin. Volo mei patris me similem, qui causa mea nauclerius ipse ornatus per fallaciam, quam amabam abduxit ab lenone mulierem.

Naucum ait Ateius Philologus ponit pro nūgī.

Naufragus, qui naufragium passus est, qui jactura facta omnia sua amisit. η ναυάγος. GALL. Qui est eschappé du peril de la mer, après avoir perdu le navire où il estoit. ITAL. Che è fuggito dal pericolo del mare: è ancho chi non ha fuggito mà morto d'andato male. GERM. Ein schiffbruch oder der ein schiffbruch erlitten hat. HISP. El que escapa de la nave quebrada, ò que es muerto en tal peligro. ANGL. He i has is escaped, afriad & shipreck. η θραύπη lib. 2. Eleg. 3.

Ille uenena libens, & naufragus ebibat undas.

Cic. de Inventione 3. Duo quidam quum jam in alto navigarent, & eorum alterius navis, alterius onus esset, naufragum quandam natantem, & manus ad se tendentes animadvertisunt: in istrico dia commoti navium ad eum applicaverunt, hominem ad se susulerunt. Ovid. in Ibin.

Sive per immensas jactabor naufragus undas.

Naufragus, a, um, adjectivum. η ναυάγος. GAL. Qui fait perdre ses remparts, le navire. ITAL. Chi fa rompere la nave. GERM. Schiffbrüchig, das schiffbruch bringt. HISP. Que haze quebrantar la nave. ANGL. Perishing, to shipreck, or that causeth shipreck. Ut, Mare naufragum, in quo naufragia fiunt. Horat. Carm. Ode 16.

nec mare naufragum,

Nec sevus ignis, &c.

Corpora naufragia. Virg. 5. Georgicor. Tempestas naufragia, Valer. Flac. 1. Argonaut. Vnde naufragia, lib. 2. Eleg. 4. Idem 4. Fast.

Et vos Nisi naufragia monstrare canes.

Idem,

Et reddit in tumidas naufragia puppis aquas.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

(Ne) Naufragia servatis omnibus una foret. (Carina.)

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist. Naufragus etiam transeat, qui bona diligenter, vel qui quavis re alia calamitosus est, & res suas in desperatis & profligatis habet. Cic. in Catil. Quod si se ejecerit, secundumque suos eduxerit, & eodem certe os undique collectos naufragos aggredaverit, extingueretur, atque delebitur non modò hæc tam adulta Recipub. pestis, ve. un etiam stirps ac semen malorum omnium.

Naufragium, i. j. n. s. f. actio, submersio. η ναυάγιον, η ναυάγιον. GAL. Brissement & perte de navire. ITAL. Naufragio. GERM. Ein schiffbruch. HISP. Quebrantamiento de la nave. ANGL. Shipwreck, loss in the sea. Cic. pro Deiotaro, Itaque quum esset ei nuntiatum, Domitium naufragio perisse, te in castello circumsideri: de Domitio dixit versum Græcum, &c. Idem famili. epist. 16. Interea qui cupidè profecti sunt multi naufragia fecerunt. T. Transeat verò pro calamitate, damno, jactura, vel exitio usurpat. Cic. famili. 4. Versor in eorum naufragiis, & bonorum direptionibus. Ex naufragio tabula Ilæ ad Atticum 4. Per spicem æquitatem animi inci, & ludum, & contentionem Scicuanæ provinciæ, & meam herculeum Cæsare suavissimam conjunctiōnem. Hæc enim me una ex naufragio tabula delectat, id est, ex communi Reip. calamitate & jactura hoc mihi unicum subsidium, hæc amicitiarum reliquiæ. Ovid. Eleg. 5. lib. 1. Trist.

Naufragij tabulas, qui petiere mei.

Naufragus, a, um, eiusdem significationis: ut, Fretum naufragium. Ovid. 14. Metamorpho.

Liquerat & Zanclæ, adversaque mœnia Rhegi;

Naufragumque fretum, gemino quod littore pressum

Atsonia, Sculaque tenet confinia terra.

Saxa naufragia. Statius 5. Thebaïd.

Naufragor. Naufragium facio, navem frango. η ναυάγιον. GALL. Romper le navire. ITAL. Rompere la nave. GERM. Ein schiffbruch erleiden. HISP. Quebrantar la nave en la mar. ANGL. To make shipwreck. Per synecdochem de eo, qui alias calamitates & jacturam patitur, aut aliquid volens, vel noiens amittit & exxit.

Nauiculatōris, Navicularius, nauclerus, η ναυάρχος, η ναυπάτως. Cic. pro Lege Manil. Majores vestri s̄pē mercatoribus, at navicularibus injiciōsū tractatis bella gesserunt.

Nauiculæ iūs, i. j. qui navi præst, ceterisque imperat, suāque unicuique munia distribuit. η Βαράθρον της γαλερας. GAL. Pilot, ou patron. ITAL. Nochiero. GERM. Ein schiffherr / schiffsteiter / der aussieht damit das Schiff recht geführt wird. HISP. Nauchel, Pilot. ANGL. A shipmaster or pilot. Cic. Tironi lib. 16. Mare magnum & difficile tibi idstat: si poteris cum Mescinio; caute is solet navigare; sin minus, cum honesto aliquo homine, cujus auctoritate navicularius mouetur. Idem 7. Verr. Malo, inquam, te isti generi hominum, quam mercatoribus, & naviculariis inimicum, atque infestum putari.

Nauiculārīa, Navis administratio, vel questus ex navigatione. η ναυλική. GALL. L'art & science de conduire & gouverner un navire. ITAL. Arte di governar nave. GERM. Die Kunst zu schiffen / oder der geroy mit schiffen. HISP. La arte de governar y regir la nave. ANGL. The art of governing a ship. Naviculariam facere. Cic. 7. Verr. Quideos loqui qui videbant, quid existimat eos qui audiebant, arbitrabare, Inancete nave esse in Italiam ductum naviculariam te, quem Roman venisse, esse factum.

Nauiculæ, naufragos, Hermogenianus D. lib. ult. tit. 4. l. 1. Patrimonij sunt munera iei vehicularis, item navicularis decempriamus.

Nauiculatōris, ari, propriè otiosus navicula vhor. η πάτιν. GAL. Aller sur l'eau en un navire. ITAL. Barcheggiare. GERM. Im Schiff fahren. HISP. Navegar por su plaz. ANGL. To sayle or go by a ship. Martial. lib. 3. Piger Lucrino navicularum in stagno.

Navigium, i. j. Omne genus navis, quo navigamus. η Βαράθρον ονύματος sephinahhabarab. η ναύλη. GAL. Toute sorte de navire.

IT. Navigio, vascello. GERM. Ein iede gattung eines schiffs. HISP. Nave ò el navio. ANGL. All sort of ship, sayling. Col. in prafat. lib. 1. Jamque qui ædificare velint, fabros & architectos advocent, qui navigia mari concrederet, gubernandi peritos, qui bella moliri, armorum & militarium gnatros; & ne singula prosequar, ei studio quod quis agere velit, cōsultissimum rectorem adhibeat. Cic. 2. de nat. dier. Ab horum sectio magnos usus adserit ad navigia facienda. Cæsar, Hi primū navigia hostium lapidibus ac fundis repellent. Navigia speculatoria apud Cæsarem lib. 4. bell. Gall. Pro navibus exploratoriis, quas vulgo Brigantinas appellant. Speculatoria, inquit, navigia impleri jussit. Accipitur aliquando

aliquando Navigium pro ipsa navigatione, ut in I. qui Roma, s. de ver. oblig. Idque creditum esse, in omnes navigij dies ducentos sub pignoribus & hypothecis, mercibus à Beryto comparatis.

Navigiolum diminutivum. { πλοίου. GALL. Une barque, une flotte. ITAL. Picciola barque. GERM. Ein schifflein. HISP. Pequeño navío. ANG. A borke, à boate.} Lental. Cicer lib. 12. famil. Tantum enim absuit ut illorum præsidio nostram firmaremus classem, ut etiam è Rhodis urbe, portu, statione, quæ extra urbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites: nos vix ipsi singulis cum naviolos recipieremur.

Navigē, a, um, qui navem fert, aut sustinet. { πλωφόρος. GAL. Portant navire. ITAL. Chi porta nave. GERM. Der ein schiff tregt. HISP. Que trae nave. ANGL. That beareth à ship.} vt, Mare navigium Lucr. lib. 1. Qua mare naviigerum, qua terras frugiferentes Concelebras.

Plin. lib. 9. cap. 30. Navigeram similitudinem & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mutianus.

Navigo, as, Navi iter facio, naviago, navi vehor. { πέπειν, πεπλέομαι. GALL. Naviger. ITAL. Navigare. GERM. Schaffen. HISP. Navegar. ANGL. To sayle.} Quod verbum tametsi neutrum est, tamen accusativum nonnunquam recipit. Virg. r. Æneid.

Gens inimica mihi Tyrrhenum naviagat equor.

Cic. 2. de finib. Maria ambulare, terrāque navi gare dixit, de Xerxe, § Sæpius absolutè. Idem famil. 16. Quum rectè naviage potuit, tum navaiges. Ibid. Si poteris, cum Messenio naviago; solet is cautè naviare. § Navigo in mari, idem de Invent. 2. Quum jam in alto, naviarent. Ter. in And. Hujus periculo sit, ego in porta naviago, id est, à periculo absū, tutus sum. Hoc enim significat In portu naviare propterea quod qui adhuc in mediis fluctibus naviant, hi ventorum & aestus arbitrio feruntur; qui verò jam portum attingunt, omni periculo sunt defuncti. Vide Erasmi Adagia. ¶ Eius composita. Anavigo, Enavigo, & Renavigo. Navigatur, Impersonale. Cic. pro Manil. Quum aut hyeme, aut referto prædonum mari naviaretur.

Navigatio, Cursus est marinus. { πλώσις. GAL. Navigation. ITAL. Navigazione. GERM. Schiffung oder schiffart. HISP. Navegación. ANG. Assaying.} § Prima navigatio dicitur, cùm levitatem hyewis, quæ mare clausum esse fertur, vere primum naviantibus aperitur. Cicer. lib. 2. Epist. ad Qu. fratrem; Idem aiebant nuntiare te prima navigatione esse transmarinum. Paulo antè dixerat, Atque clausum mare scio fuisse. Iterum, Tu mi frater, simul ac ille venerit, primam navigationem (dummodo idonea tempestas sit) ne omisaris. Cæl. lib. 5. bell. Gall. Corus ventus navigationem impedit.

Naumachiā, æ, Pugna navalis, navale bellum. { ναυμαχία. GALL. Guerre sur la mer ou par mer. ITAL. Guerra navale. GERM. Ein stet so auss dem wasser auss den schiffen geschicht. HISP. Pelea à batalla naval. ANG. A fightin ou the sea or warre by the sea.} Martial. lib. 1.

Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis:

Vit, puto, cum libro Marce natare tuo.

Sueton. in Claud. cap. 21. Quin & emissurus Fucinum lacum, naumachiam autè commisit. § Interdum accipitur pro loco ubi fit pugna. Idem in Tiberio, Semel triremi usque ad proximos naumachiae horitos subiectus est.

Naumachiarī, qui navale prælium committunt. { ναυμάχοι. GALL. Combattans sur la mer. ITAL. Coloro che combattono in mare. GERM. Kriegsfest so auss dem wasser auss den Schiffen streiten. HISP. Peleadores de naves. ANGL. Fighters on the sea.} Suet. in Claud cap. 21. Proclamantibus naumachiaris. Hi etiam ἡρατεῖον dicuntur Græca voce. § Naumachiarī, a, um, adjektivum, ut Pons naumachiarius. Plin. lib. 16. c. 39. Concremato ponte naumachia: io.

Navigabilis, e, quod potest naviari. { πλούσιος, πλούτερος. GALL. Navigable commode pour naviher. IT. Che si può naviare. GERM. Das man schiffen kann/ schifffreich. HISP. Cosa que se puede navegar. ANGL. That may be sayled on.} Liv. lib. 5. bell. Maced. Nam simul primum anni tempus navigabile præbuerit mare Columell. lib. 1. cap. 2. Ne procul à mari, aut navigabili flumine, quo depositati fructus & per quod merces invchi possint.

Navita, vide Nauta.

Navita, Nancta, lēgendū ornino Navita, Nauta.

Navilio, θάλατη. Lex. Græc. Vet. intellige nablio. nempe qui nablizat. Nanthalumus, inquit Baptista Pius in annotar. prior. c. 181. est navis pompatica, & apta genio oblectando, quæ secum instrumenta deliciarum affert.

Naulium, Noli, V.E. Liguria sub A. Genuensi.

Naulum, i. βαῦλος, ποθητος. GALL. Le salaire qu'on baille pour estre passé l'eau. ITAL. Nolo di nave. GERM. Der schiffston. HISP. El nolito o el frete de la nao. ANG. The fraite for passage over the sea.} Pictium quod solvit pro vectura in navi. Iuven. Sat. 8. Furor est post omnia perdere naulum. Vlp. l. 6. Diquis pot. in pign. Si quis in merces sibi obligatas credide: it, vel ut salvæ sint, vel ut naulum exolvatur.

Naumachia, pugna navalis. Gloss. ναυμαχία, navale bellum. πάχη is rabb.

Naumachiarī, a, um, ad naumachiam pertinens.

Naumachia, iūs, qui navale prælium committit.

Naumburgum, vel Narburgis, Naumburg. V.E. Germania ad Salam fl. sub. A. Magdeburgensi.

Naupactum, hodie Lepanto, ubi à Turcis anno 1499. capta: ad cuius fidem Christiani insignem illam victoriam contra Turcas anno 1571. obtinuerunt, duce Joanne Austriaco.

Naupactus Nauium architectus, ναυπάκτης dicitur apud Tarentum in iuli. 1. de immunitate.

Naurus, navis princeps, lege Navarchus.

Nauragus, nautis princeps. Nauragus, nouareticus. Gloss. Isid.

Nauta, & Nauita, æ, fiunt à navi & itare; quasi navi & itans. Pass. { πλούτης, πλούτησιλλος. GALL. Marinier, matelot, batelier, nauitonnier. IT. Nochiero, marinaro, naviagante. GERM. Ein schiffsmann / der ein schiff führt. HISP. Marinero. ANGL. A mariner.} Qui se in navi agenda exercet: & quicunque in navi est, nautis ducendæ gratia. Cic. sam. 5. Solent nautæ festinare quæstus sui causa. Ter. in Phorm. Saluas au-

diui ex nauta, qui illas vexerat. Cicer. ad Attic. l. 10. Nauitam ipse attende videojam euocantem. Plaut. Men. sc. 1. a. 2. Nauitis nulla voluptas major, quam quum ex alto terram conspiciunt.

Nautepitare, nauticiratus, dicuntur qui nauem condescendunt, & navi loco nautarum officio funguntur. Vide Alciat. lib. 2. dispunkt.

Nauticus, Nauta. { ναυτης. GAL. Marinier. IT. Marinaro. GERM. Ein schiffsmann. HISP. Marinero. ANG. A mariner.} Plin. lib. 9. c. 3. 1. Quod ubi videre nautici, statim pluribus anchoris nauigia infrænant. Liu. lib. 8. bell. Pun. Metumque etiam ex terra nauticis præbuit.

Nauticus, a, um, quod est nautarum. { ναυτicos. GAL. De nautonnier. IT. Di naviante. GERM. Schiffsmannisch. das der schiffleuten ist. HISP. Cosa di marinero, ò piloto. AN. That. Belongeth to a mariner.} Virg. lib. 3.

Nauticus exoritur vario certamine clamor.

Cic. de nat. deor. Propter nauticarum rerum scientiam plurimis maritimis rebus fruimur. ¶ Nauticus panis dicitur, quem hodie Biscottum vocamus. Plin. lib. 22. c. 2. 5. Nauticus panis rufus, atque iterum coctus sicut alium. Virg. 4. Eclog.

Cader & ipse mari vedor, nec nautica pinus

Mutabit merces.

¶ Nauticus cantus, κάλλος μα. Cic. 2. de natura deorum. Idemque juvenibus vishi, auditoque nautico cantu. ¶ Nautica pecunia quæ & trajectitia dicitur, quam creditor usque ad certum locum, vel in omne itionis & reditiois tempus suo periculo pæstat, qua de causa permisum est, ut ejus nomine & ex pacto usuram petat gravissimam, quæ nauticam fœnum & usura maritima dicitur. Ex Hotoman. De Nautico scenoire, vide Plutarch. in Caro. Cens. ¶ Nautica pyxis est vasculum ligneum, planum, & rotundum, altitudine duorum, aut ad summum tunc digitorum. In hujus vasculi fundo rotula quedam est versatilis papyracea. Hanc rotulam papyraceam planam sustinet ferramentum tenue & velut bipartitum, in centro vero ænea quedam & acuminata turricula defixa est, quæ stylo, seu cuspidi acutæ insidet, atque hinc inde volvitur in æquilibrio. Vbi autem conquiescit ejus pars, quam lili j imagine nautæ insigniunt, & in qua ligula, seu ferramentum magnete conficitur definit, ibi Septentrio & Polus aëtus ostenditur, quounque contorto clavo nauis impellantur. Qui autem fiat, quod pars ferrameti siue ligula, ea, quæ ad magnetem afficata est, Septentriōni obuerratur, id nullius hominis adhuc ingenium potuit peruestigare. Cæterum in ejus quam diximus, rotulae circulo, ductæ sunt à centro ad circumferentiam 32. lineæ æqualiter distantes in hunc usum: 1. ut designent celi cardines & ventos, quos 32. nautæ numerant: 2. ut denotent terræ ac maris spatia celebrioribus partibus distincta per gradus, in quos lineæ incurvunt. Inuenta autem est hæc pyxis ante annos 300. à Flauio quodam Melphi, qui in Campania, regni Neapolitani provincia, habitauit. Vide Reckeman tratt. de re naut.

Naūlia, æ, fœm. gen. ναύλη Genus instrumenti musici, quod idem cum Psalterio esse quidam tradunt.

Naūlium, i, diminutivum. Ouid. 3. de Arte.

Disco etiam duplii genitalia naūlia palma

Vertere, convenient dulcibus illa modu.

Vide Cælium lib. 9. c. 4.

Naulium, ciuitas in Liguria, à portu & turribus, inclita: & vadorum Sabatiorum portus, à quo decem millibus distat Sabatia.

Naulochum, ναυλόχον, Locrorum oppidum est, teste Plin. lib. 4. c. 3. ¶ Est item Naulochum, siue Naulochus, Thracie oppidum, non procul ab Hæmo monte: cuius meminit idem Plin. lib. 4. c. 11. Steph. præterea Naulochum urbem in Ionia collocat, alio nomine Smyrnam appellatum Sueton. in Aug. cap. 16.

Nāvo, as, Do confero, adhibeo. { σύν σχαμ διλησθισχlim. προσίχει την αὐλίδην. GALL. Accomplir, s'employer à faire quelque chose. ITAL. Empire, compire. GERM. Fleis anwoeden/ gesessen erzeigen. HISP. Hin-chir-dar, ANG. To force himself, and give diligence in doing any thing.} Cicero lib. 2. de Oratore, Jam mihi video navasse operam quod huc venerim. Idem App. Pulchro, illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis protrogetur, ut quum hic tibi satisficerimus, istic quoque nostram in te benevolentiam navare possimus, id est, conferre, vel ostendere, vel (ut inquit Budæus) navo animo adhibere & pæstare. Tractum verbum à nautis, quum sunt auxilio aliis in gubernandis navibus. Naves enim quum ex navalibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent. Studium suum alicui navare. Cicer. ad Attic. lib. 15. Navare & efficere opus aliquod. Idem ad Attic. lib. 9. Utinam hac miseria aliquod Reipubl. πολιτικό, opus efficere, & navare mihi licet.

Naupactum, ναυπάκτη, oppidum est Ætolia, non procul à Locris. ita dictum (inquit Stephanus) δῶρο τοῦ ιππακλειδῶν ναυπάκτια, hoc est, ab Heraclidarum navalibus. Hodie vocatur Lepanthum, per Turcas Venetis ereptum. Vide Strab. lib. 9. Plaut. Milit. sc. 1. a. 2. publicè legatus Naupactum fuit. ¶ Hinc Naupactus, a, um, ναυπάκτη, & Naupactus penultima producta, ναυπάκτη, ut, Naupactus Achelous. Ovid. 2. Faſt.

Nauplia, æ, ναυπλια Argivi oppidum est, & portus Argotum: qui & inde nomen accepit, quod naves eō soleant applicare. Autor Strab. l. 8. Nauplii, ναυπλιοι, Palamedis pater fuit, qui ut mortem filij falsa Vlyssis accusatione oppressi, ulciscetur, Gæcis tempestate laborantibus, ex Capharæ monte ignem ostendit, bonâque classis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portum, annavigantem, in aspernos scopulos pellexit, miserandoque perdidit naufragio Postea vero quum intellectisset Vlyssem & Diomedem, quibus eas insidias potissimum struxerat, incolumes evalisse, doloris impatientia seipsum in mare præcipitem dedit. Suet. in Ner. c. 39. Translentem eum Isidorus Cynicus in publico, clara voce, contupauerat, quod Nauplij mala benè cantaret, sua bona malè disponeret.

Naupliades, ναυπλιαδες. Patronymicum masculinum, quo pro Palamede accipitur, Nauplij filio. Ovid. 1. 3. Metam.

Timidi commenta retinac.

Naupliades animi.

Item,